A.Z.
III
I

55
a
64

Digitized by Google

DISQUISITIO
DE
CHIROTHE-
CARUM
USU & ABUSU,

in qua

Varii ritus, varia jura, & ſymbola illarum fuſe exhibentur,

Lectu jucundiſſima & in bonum publicum edita

A

JOHANNE NICOLAI.

GIESSÆ-HASSORUM,
Impenſis HENNINGI MÜLLERI.
ANNO MDCCI.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

De

Ferrea Chirotheca pœnæ gravitatem ſignificante.

CAPUT XIV.

De

Chirothecarum detractione laudabili & ignominioſa.

CAPUT XV.

De

Chirothecis in inveſtitura Imperatoris, Regum & Epiſcoporum uſitatis.

CAPUT XVI.

De

Chirothecis in conceſſionibus Privilegiorum Doctoralium & immunitatum.

CAPUT XVII.

De

Chirothecis miraculoſis.

CAPUT XIIX.

De

Chirothecarum abuſu in vita quotidiana.

CAPUT XIX.

De

Chirothecarum abuſu in probationibus.

CAPUT XX.

De

Chirothecarum abuſu in ſuſcipiendo duello.

CAPUT XXI.

De

Chirothecarum abuſu in perſecutione & bello.

CAPUT XXII.

De

Chirothecarum abuſu in occidendis hominibus.

INDEX CAPITUM,

In hac tractatione contentorum.

CAPUT I.
De
Etymologia Chirothecarum, materia & forma.

CAPUT II.
De
Origine Chirothecarum & deſcriptione.

CAPUT III.
De
Uſu Chirothecarum in vita quotidiana.

CAPUT IV.
De
Chirothecis ſigno conſtituendi nundinas.

CAPUT V.
De
Chirothecis ſigno condendæ Urbis.

Digitized by Google

CAPUT VI.

De

Chirothecis ſigno & jure cudendæ monetæ.

CAPUT VII.

De

Uſu Chirothecarum in homagiis & feudis.

CAPUT IIX.

De

Chirothecarum uſu in obſidione obſervato.

CAPUT IX.

De

Chirothecarum uſu in Contractu.

CAPUT X.

Chirothecæ hæreditatis indicium.

CAPUT XI.

De

Chirothecis honeſtatis & humilitatis ſigno.

CAPUT XII.

De Chirothecis pacis ſymbolo.

INCLUTÆ AC LIBERÆ

IMPERIALIS REIPUBLICÆ

FRANCOFURTENSIS

AD MOENUM

Per-Illuſtr. Magnificis, Generoſiſſ. Excellentiſſimis, Conſultiſſimis, Nobiliſſimis, Ampliſſimis & Prudentiſſimis,

DN. PRÆTORI,

DOMINIS

CONSULIBUS,

SCABINIS,

SYNDICIS,

SENATORIBUS,

PATRIÆ PATRIBUS

VIGILANTISSIMIS,

Dominis & Patronis ſubjectiſſime Venerandis.

Digitized by Google

VIRI
Per-Illuſtres, Magnifici, Generoſisſimi, Conſultiſſimi, Nobiliſſimi Domini mei & Patroni omni obſervantiæ cultu ſubjectiſſime devenerandi.

QUod hunc tractatulum ad Veſtram quoque Urbem

Urbem ſplendidiſſimam pertinentem, Vobis Patribus conſcriptis *ſumma cum devotione ſacrum eſſe voluerim, multæ me moverunt rationes. Agit enim de ritu illo antiquiſſimo Francofurti nundinis autumna-*

libus uſitato, cui adjuncta ſunt alia jura, quæ per Chirothecas *ſignificantur, quæ omnia ferè in* Veſtra florentiſſima civitate *exercentur. Cum itaque per aliquot annos nundinas has frequentaverim, & ſub* regi-

mine Veſtro Patres conſcripti *tutus vixerim ; nullum aliud melius gratitudinis meæ ſymbolum ad pedes* Veſtros *humillimè deponere arbitratus ſum , quàm ut hunc typis & ſumtibus meis excuſum* Ve-

ſtris Nominibus dedicem, *precibus obnixe rogans, ut benevolentiæ oculis aſpiciatur & favoris aura affletur, tunc majorem ſplendorem nanciſcetur & quod deeſt plagulis* Veſtra Nomina graviſſima *pondus*

addent

Google

addent magnum, ut dignitate volumina ſuperaverit. Serena ergo mente ac fronte ſuſcipite quæſo Patres conſcripti Domini & Patroni ſubjectisſime devenerandi *hoc quicquid eſt operis & animum meum de-*

votiſſimum accipite, meque Clientem Veſtrum commendatiſſimum habete. Tandem vero Jehovam per Chriſtum oro, ut Vos Generoſiſſimos Patres conſcriptos *in ſeros uſque annos ſalvos & incolumes*

Chirothecarum, *habent quoque JCti quamobrem Tibi gratias agant. Mihi ſanè in votis fuiſſet, ob præclaram illam & multiplicem eruditionem tuam, præſentiâ tuâ amplius frui. Verum quando hinc demigraturus es, ut aliam & forte magis propitiam Tibi fortunam quæras, proſpera atq; optanda queq; Tibi voveo, &, ne noſtri memoriam deponas, amanter rogo. Scribebam feſtinantiſſimè Giſſæ 12. Maji 1701.*

❀) o (❀

Clariſsimo Viro,

DOMINO

JO. NICOLAI,

Fautori ſuo honoratiſſimo,

Sal. Plur.

BERNH. LUDOVICUS MOLLENBECIUS, D.

POſt varia præclaræ eruditionis documenta, quibus rem literariam in hac Academiâ exornaſti, tandem elegantiſſimâ, *de Uſu & Abuſu Chirothecarum*, Tractatione, valedicere placuit, ut, quod ad ſolennia Chirothecarum pertinet, Tui in LUDOVICIA-

NAM

Præſtantisſimo Literatori
DOMINO
JO. NICOLAI,
amico ſuo
S. P. D.
JO. NICOLAUS HERTIUS.

M*Agnam apud multos antiquitatis exiſtimationem, ſed magnam ſimul apud plerosque ejus ignorationem eſſe, in propatulo eſt; ut neſciam, annon de temporibus dici noſtris posſit, quod Ægyptii quondam Græcis exprobrabant :* Vos Græci

ſemper pueri eſtis. *Huic igitur parti, Amice optime, dum pro virili ſatagis mederi, & barbariem imminentem diſpellere, haut dubie de re literaria egregiè mereris. Edidiſti hucusque cum alibi tum in Academiâ hâc diverſi argumenti libros, & quotidie ex divite penu tuo novos paras; unde diſciplinis aliis majoribus, ſive illa Theologia ſit, ſive Jurisprudentia, non parum lucis affundi poteſt, & his diebus cum in lucem proſers libellum* de uſu ac abuſu

ſervare & conſiliis quàm cumulatisſime benedicere omnesque actiones Spiritu ſuo ſancto quam potentiſſime tueri ac regere velit, quo vergant in Nominis ſui ſancti gloriam & emolumentum ſplendidisſi-

ma

mæ Reipublicæ. Hoc vovet, hoc ex intimis viſceribus precatur

Per-Illuſt. & Generoſiſſ. V. V. V.
Exc. Exc. Exc. & Nob. Nob. Nob. &c.

Subjectiſſimus ſervus

Henningus Müllerus.

IN NOMINE JESU!

PROLOGUS.

C*Um in nundinis Francofurtenſibus autumnalibus ſæpiſſime oculis uſurpaverimus ritum quendam, quo certo die quidam è mercatoribus delecti magna pompa & exploſis tormentis civitatem introducuntur, (Germani vocant* das Geleid einholen) *& poſtero die coram Senatu pleno; quidam verba faciens & calicem ligneum pipere impletum ſecum portans, cui chirothecæ ſuperimpoſitæ conſpiciuntur, ſalvum condu-*

ctum quaſi petit. Miratus ſum, quid ritus hic ſane antiquiſſimus importet? mente itaque mecum ſæpe volvi revolvique & anſam ſumſi paulo accuratius rem perquirendi, quia pauciſſimi erunt, qui licet externum morem hunc aſpiciant; attamen vix internum & jus ſignificatum percipient, niſi planius conſtet; unde origo hæc & jus ortum. Nobiscum itaq; conſtituimus materiam de uſu & abuſu Chirothecarum enucleare & hunc alioſque ritus lectu jucundiſſimos & utiliſſimos in medium proferre. Neminem, uti nobis notum, in hac materia anteceſſorem habemus, & ideo eò acceptior res erit, quo obſtruſior. Accipe igitur, Lector Benevole, ritus hos de Chirothecis hilari animo, & quæ tibi placebunt, feliciter utere.

CAP. I.

Caput I.

De
Chirothecarum etymologia, materia & forma.

I.

HEbræos ſeu Talmudicos ſi evolvimus, variis nominibus *Chirothecas* inſigniunt. Occurrit apud illos vocabulum גרלגיקון, quod *Chirothecam* ſignificat, cujus mentio fit in *Talmude Hieroſolymit.* teſte cl. *Buxtorffio in Lexico Rabbino Talmudico fol. 428.* ubi ita ſcribit: *Non digni facti ſumus lege, niſi quia vidimus digitos Raf* מן גרל גיקון *ex Chirotheca ipſius.* Ita etiam in *tract. Kelim. c. 26.*

vox כַּף reperitur, quæ pro *chirotheca* accipitur, quo loco hæc leguntur verba: כף של לוקטי קוצים *Chirotheca colligentium ſpinas.* Qualis uſus hodienum à ruſticis obſervatur, qui in colligandis ſæpibus ſpineis adhuc chirothecis coriaceis utuntur, ne manus lædantur ab ipſis. Occurrit etiam נַרְתֵּיק *Narthecium*, quod *thecam*, *vaginam*, *Chirothecam* denotat, quia manus & digiti illâ ceu theca & vagina teguntur. Ita *Ruth. c.4.* Extraxit quiſque נרתיק chirothecam manus dextræ ſuæ: An verò Narthecium proprie ſit Latinum, uti *Buxtorffius* vult μέγα λίαν ἄιτημα. Græcum potius eſt ναρθήκιον & *Ciceronis* uſu civitate latina donatum. Notio hæc pleriſque interpretibus placet, qua per Chirothecam reddunt. vid. cl. *Clodii diſſert.*

de

de ritu excalceandi edit. Witteberg. 1672. Aliud quoque nomen in *tit. Kelim* reperitur, quod *Chirothecas* denotat, & in plurali numero effertur פַּרְקְלִינִין & peculiare genus venatorum vel aucupum ſunt quas induunt, cum accipitres, falcones & ſimiles aves manibus prehendunt. *Kelim cap. 24.* Arabes נעלה chirothecam reddunt manum claudentem *vid. Schindler. Lexic. Pentaglott. fol. m. 1132.* Et hæc ſunt nomina, quæ in Oriente *Chirothecas* ſignificant.

II.

Ad Græca nos conferimus, quibus natales Chirothecarum tribuimus. Deſcendit enim à χεὶρ manus & τίθημι pono, vel à χεὶρ & θήκη loculus. vid. Thom. de S. Quercu *Lexic. Philol. edit. Londin.* Non autem vox

χεὶρ hoc loco accipitur pro copiis, uti paſſim apud Scriptores claſſicos ſumitur. ut *Virgil. lib.7. Æneid. Herodian. lib. 3.* δεῖσθαι τοίνυν χειρὸς πλείονος πρὸς βοήθειαν τοῦ τόπου egere majoribus copiis ad loci tuitionem. Euripid. Rheſ. πλήρη πεδία πολεμίας χερὸς *pleni campi hoſtilis manus.* Sed pro manu ipſa membro hominis utiliſſimo. Altera vox cum qua *Chirotheca* componitur eſt *theca* Gr. θήκη, quæ primario *loculum* ſignificat, cui cadavera includuntur. vid. *Hoffmann. Lexic. univerſale in voce theca* ubi plura. Verum hæc ſignificatio non eſt hujus loci. Sed theca hoc loco eſt *vagina*, locus in quo aliquid reponitur, *a place to keep things in.* vid. *Thom. de S. Quercu* & cl. *Clodii diſſert. de ritu excalceandi edit. Witteberg.* Et *Chirothecæ* ſunt vaginæ coriaceæ, ſericæ vel laneæ, in quibus

manus

manus & digiti reponuntur. German. vocant Handſchue oder ein Schuch der Hand/ damit wir gleich wie die Füſſe mit den Schuen / alſo die Hände mit dieſen bekleiden und bedecken.

III.

Materiam chirothecarum conſideramus , quæ varia reperitur. Quædam ex *corio* conſtabant uti etiam hoc hodierno die conſpicimus, ubi tamen diſcrimen aliquod intercedit. Nam pugiles utebanbur olim , & hodie adhuc utuntur chirothecis ex *corio* bubulo craſſiori von groben Püffels-Häuten bereitete / quibus manum & dimidium brachii tegunt , quo ictus excipere poſſint. Reliquæ autem conficiuntur ex corio ovino, canino vel caprino. Virgines autem & mulieres chirothecas geſtant vel ſericas, lineas

& laneas vel ut alius quidam, die Weiber tragen Handſchue von Zwirn/ Baumwolle/ Wolle/ Neſſelgarn und Seide. Meminit etiam Chirothecarum informium Olearius in Itinerario *Perſico lib. 3. c. 3. pag. 161.* his verbis: Die Samojeden hinter Syberien wohnende / tragen unflätige Handſchue / deſſ Bären-Tatzen nicht ungleich an die Ermel genähet. Imò ex filis chirothecas compoſitas fuiſſe recenſet Generoſus Mandelsloh *in Indica ſua deſcriptione lib. 1. c. 31. p. 100.* cujus verba adducere non pigebit. Scribit autem ita: Daß wie er zu Loher ſich in eine Badeſtube begeben/ ſey einer mit einem härinnen Handſchuch kommen / ihm damit die Arm und Bein gerieben / endlich ihm dieſen ſelbſt gegeben / ſich ferner zu reiben. Intelligimus hinc

chiro-

chirothecas ex varia materia olim, uti etiam nunc, confectas fuiſſe, etiam ferro non excepto, uti conſpicimus in illis, qui olim cataphracti erant geharniſchte/ hi *ferreas chirothecas* geſtarunt.

IV.

Perluſtrata materia nos accingimus ad *formam chirothecarum*, quarum aliæ ſunt, ubi manus ſine diſtinctione cellularum conjungitur excepto pollice. Germani vocant gantze Handſchuhe / da die Hand ohne den Daumen beyſammen: Quædam autem ſunt digitales, ubi quivis digitorum certæ vaginulæ incluſus eſt; & vocantur iſtæ chirothecæ Finger-Handſchue. Et hæc genera tam viris, quàm fœminis uſitatiſſima & frequentiſſima ſunt. Hoc tamen monendum, quod quædam ex corio vel panno laneo con-

 fectæ;

fectæ; quædam autem ex filis lineis artificiosè contextæ & pellucidæ ſint, quas plerumque virgines ſuperbæ gerunt, non reſpicientes finem chirothecarum. Non neceſſe eſt, ut diutius *formæ* inhæreamus, cum quotidie formæ hæ ante oculos noſtros verſentur. Quare miſſis his ad alia nos conferimus.

Caput II.

De Origine chirothecarum & deſcriptione.

I.

ORiginem chirothecarum antiquiſſimam eſſe, extra omnem dubitationis aleam ponitur, quippe harum uſum temporePatriarcharum reperimus. Legimus enim *Geneſ. cap. XXVII.* quod *Rebecca Iſaaci*

uxor,

uxor, pellibus caprinis manus Jacobi obduxerit, ne parens ſenio confectus hunc ab Eſavo diſcernere poſſet. Non itaque dubitamus, quin *Rebecca* pelles ita conſuerit, ut non ſolum manus, ſed etiam digiti his tecti, ne quid glabri conſpectui vel tactui daretur. Aliàs ſi non ordine confectæ fuiſſent, facile evenire potuiſſet, ut ex tactu pater fraudem dijudicaſſet.

II.

Nemo itaque negabit, quin hæc prima anſa conficiendi chirothecas fuerit. Conſentientem hîc habemus celeb. *Laurentium Bayerlingium*, qui in *Theatro Magno vitæ humanæ lib. 3. pag. 180.* A. confirmat, hunc ritum primam anſam dediſſe, ex coriis & aliis rebus chirothecas formandi. Audiamus ipſum Autorem diſſerentem ſequentibus

verbis: Chirothecarum uſum cum ipſo mundo natum colligitur ex *cap. XXVII. Geneſ.* ubi *Rebecca* inducitur, filio *Jacob* ut benedictionem primogeniti *Eſau* facilius ab Jſaaco impetraret, pelles hædinas manibus circumdediſſe, ut videretur Eſau, qui hirſutus erat, in modum *chirothecarum.*

III.

Ut autem chirothecas deſcribamus brevibus verbis; damus hanc deſcriptionem: Chirothecæ ſunt tegumenta manuum & digitorum, inventæ ad varios uſus in vita civili & ſacra utiles. Notanter diximus ad varios uſus, quippe non unus tantummodo, ſed multi excogitari poſſunt & exemplis & teſtimoniis probari, non inutile eſſe inventum. Quare ordine in ſequentibus capitibus de his acturi ſumus, quo Benevolus

volus Lector capiat, quid velimus, & ipſi conſtet, varia jura per chirothecas ſignificata fuiſſe.

Caput III.

De Uſu chirothecarum in vita quotidiana.

I.

CUm æſtus & frigus membris humanis nudis varia incommoda inferre poſſint, neceſſum fuit, ut partes illæ ab æſtu & frigore defendantur, quod alio remedio fieri non poteſt, quàm ſubſidio chirothecarum; Hæ ſunt impedimenta, ne tempore æſtatis Solis radii nos urant, nec dolores afferant, quos hi perferre coguntur, qui nudis manibus incedunt. Deprehendimus enim ſæpiſſime, quod Solis radii ardentiſſimi

colorem partium illarum, quæ vi illorum exponuntur, ita mutent calore, ut nigrum inſtar Æthiopum colorem induant. Quo autem his incommodis reſiſtant homines, *Chirothecas* invenerunt, quibus manus contra calorem in æſtate tegant & à frigore tempore hiemis defendant.

II.

Similiter conducunt chirothecæ ad hoc, ne manus teneræ ſciſſuras ſeu *rhadages* accipiant. Germani vocant, **daß die Hände nicht aufſreiſſen.** Sæpiſſime enim evenit & experientia quotidiana docet, quod manus ob frigoris aciem quaſi ſcindantur & ſciſſuras patiantur, quod ſane non leve incommodum. Sicco ſilentii pede tranſimus dolores magnos, quos ſentiunt illi, quorum manus ita vulneratæ ſunt; nam ad omne negotium & laborem quaſi

inepti

inepti redduntur ; Sed hoc tantum monemus, quod ejuſmodi rhadages ſeu ſciſſuræ dedecori ſint homini, quia nauſeam creant omni, qui has intuetur. Hinc maxime ſibi cavent illi ab his ſciſſuris , qui cum viris ſummis converſantur, & qui manibus officium ſeu munus demandatum peragere tenentur. Ne itaque manus *rhadages* accipiant, utuntur chirothecis, ne frigus illas lædere & vulnera infligere poſſit.

III.

Adhibentur quoque *chirothecæ* ad *depellendos dolores* & *læſiones manuum.* Chirothecæ his maxime utiles ſunt, qui in colligandis ſæpibus occupati ſunt. Nam qui fieri poſſet, ut manus illorum illæſæ maneant, qui ſenticeta vel ſpinas acutas connectere laborant. Quamobrem coriaceis utuntur chirothecis ruſti-

ci

ci noſtri, quibus aculeos lædentes reprimunt & omni timore remoto, opus perficiunt. Sine harum uſu manus periculis variis expoſitæ eſſent & à vulneribus non immunes. Pariter Venatores & Aucupes *chirothecas* induunt, cum accipitres, falcones & ſimiles aves manibus prehendunt. Conſtat enim, naturam accipitres unguibus acutiſſimis aduncis ornaſſe, quibus facile manus aucupum vel venatorum lædunt; Hinc, ne ſaucient illas, induunt chirothecas coriaceas, quæ quaſi ipſas à vulneribus tuentur. Cognoſcimus inde maximum chirothecarum commodum, quibus carere non poſſunt hi, qui occupati ſunt in rebus aculeis præditis.

IV.

Chirothecarum uſum quoque maximum eſſe contra *pulveris ſqualorem*

lorem, quod experientia quotidiana ceu optima magiſtra docet. Neminẽ enim latet, pulverem peregrinantibus maximum afferre detrimentum, qua manus maculantur & informes redduntur. Cum autem pulveris ſqualor hominibus, puritatem amantibus nimis odioſus ſit, haut inconveniens medium excogitatum fuit, quo hic ſqualor repellatur. Optime itaque remora injicitur, quando manus tegmine quodam teguntur, ne ventus flatu ſuo pulverem movens, manus cœno oblinire queat. Conſpurcatam etenim manum quilibet fugit, terſam & contaminatam amat. Quamobrem virgines potiſſimum curant, ut manus protegant à ſqualore ſubſidio chirothecarum. Non loquimur de illis, quæ ſuperbia elatæ incedunt pellucidis chirothecis, quæ ſane pulveri impedimento

eſſe

eſſe nequeunt; Sed his, quæ à ſqualore certo & juſto remedio manus defendere laborant.

IV.

Denique pugillatoribus *chirothecas* maximo uſui eſſe nemo negabit. Nam quoties pugiles gladiis ex ferro, ſed hebetibus pugnant, manus à læſionibus non ſunt liberæ, & facile ictu læduntur. Quare ad excipiendos ictus *chirothecas* induunt, quibus fervidos ictus adverſariorum excludunt. *Chirothecæ* autem illæ pugillares conſtant ex corio craſſiori, ne ſtatim ictus ſentiatur. Conſentientes hac in re omnes habemus, qui hanc artem diſcere conantur. Imò ſpectatores ipſos, qui pugnantes intuentur. Non opus itaque longioribus ambagibus chirothecarum uſus in vita quotidiana recenſere, cum omnibus hæc nota ſint. Itaque

filum

ſilum hîc rumpimus, & ad altiora progredimur nempe *Chirothecarum* uſum in vita politica ſeu civili, ubi varia chirothecarum jura conſideranda occurrent, & quidem talia, quæ non cuivis obvia; attamen frequentiſſima. Sit itaque

CAPUT IV.

De
Chirothecis ſigno conſtituendi nundinas.

I.

PEr metonymiam *ſigni* pro *ſignato* uſu venit olim, ut in locum pignoris concederetur chirotheca, dextera maximè, ut hinc recognoſcant homines, quanta ejus eſſet, in operimento nudo etiam authoritas. A multis inde ſeculis obtinuit mos ſcil. ut in ſignum exprimendæ voluntatis,

luntatis, mitteretur *chirotheca*, quæ apud Saxones donationem, traditionem & ceſſionem ſignificabat. Nam ſi civitas peteret *nundinas* ab Imperatore, tunc chirothecam mittebat, indicans ceſſionem & nundinas civitatem impetraſſe.

II.

Ut igitur ordine progrediamur in hoc jure nundinas conſtituendi & ceremoniis, obſervandum venit, nos hoc loco per nundinas non intelligere quasvis, ſed celebriores, quas *Miſſas* Meſſen vocamns, videatur *celeberrimus D. Ahasverus Fritſchius Fautor & Patronus omni obſervantia venerandus Cancellarius Comitis Schvvartzburg. Rudolſtad. famigeratiſſimus in tract. de Nundinis cap. 1. §. 3. pag. m. 220. edit. Jenenſ. 1666.* Notandum autem, quod vocabulum Meſſe non à miſſa Pontificiorum originem

trahat,

trahat, uti *Beſoldus in theſaur. Practic. voc.* Meſſ. vult; ſed à verbo Meſſen/ daß auf ſolche Zeit die Waaren gemeſſen / ausgemeſſen oder verkaufft werden. vide *Speidelii Speculum Juridico-Politico-Philolog-Hiſtoricum in voce* Meſſ. *D. Limn. in addit. n. 311. D. Marquard. de Jure commerc. L. 2. c. 6. n. 61.*

III.

Vellejus Paterculus in priore libro hiſt. Romanæ circa principium inquit, Genus emptionis celebre, negotiationem & mercatum primum inſtitutum ab *Iphito Elio* apud *Græcos;* apud *Romanos* vero nata & creſcente Republica, nundinæ inſtitutæ ſunt, teſtamento *Livii*, & ex *Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 16.* quæ & feriæ paganorum dictæ ſunt, ut ruſtici in urbem nono quoque die, à quo nundinæ, quaſi novem dies appella-

pellatæ, convenirent, negotiis propriis vel mercibus proviſuri, quod teſtati ſunt *Plutarchus* in *Coriolano Dionyſ. lib. 2. Columell. lib. 1. de re ruſtic. & Feſt. lib. 12.* conferantur etiam huc. *Martin. Lexic. etymolog. Kipping. in antiq. Rom. Roſin.* aliique inter omnes autem Etymologiam optime enucleavit vir *Magnificus Ahasver. Fritſchius. cap. 1. de nundinis in Syllog. pag. m. 217. 218. 219.*

IV.

Nundinas porro antiquitus alias *publicas*, alias *privatas* fuiſſe conſtat. Publicæ habebantur in urbe vel oppido. Ita *Cicero in orat. contra Rullum* meminit nundinarum, quæ *Capuæ* habebantur. Privatæ erant, quæ in agris privatorum exercebantur, quales *Claudium* à Conſulibus petiiſſe tradit *Suetonius* in *ejus vita cap. 12.* Ex his verbis colligimus, quod;

licet

licet olim privatis liberorum prædiis ad arbitrium inſtituere nundinas cuique permiſſum, autoritas Principis vel Senatus neceſſaria fuerit, quod oſtendit *Plinius Junior lib. 5. epiſt.* quem refert *Barnab. Briſſon. ſelect. antiq. cap. 15.* ubi ait: *Sollers vir Prætorius* à Senatu petiit, ut ſibi inſtituere in agris nundinas permitteretur. Ita etiam Claudius Imp. ſeipſum legibus ſubjiciens jus nundinarum in ſua prædia à Conſulibus petiit.

V.

Quemadmodum autem in *Gallia* ſolus Rex nundinarum jus concedere poteſt, ex Conſtitutione *Ludovici* publicata, anno 1512. *art. 2.* Et in *Hiſpania* ſolus Rex privilegium nundinarum concedere poteſt ex legibus *Alphonſi. part. 1. tit. 3.* Ita in Imperio Romano Imperator ſolus

nundinas

nundinas permittit. Hinc ad viſum oculi patet, ſupremum jus commerciorum ac nundinarum non aliunde, quàm ex largiſſimo Imperatoriæ Majeſtatis fonte oriri. Pertinet igitur Jus publicos ac privilegiatos mercatus concedendi ad reſervata Cæſaris. Marckrecht zu geben / Meſſe oder Niederlage auffzurichten / iſt der hohen Obrigkeit und Käyſerlichen reſervation anhängig ait *Wehner. obſerv. pract.* voce Meſſe per *Receſſ. Imper. Ratisbon. de anno* 1576. Dadurch denn: ibi: Kayſerliche beſondere Hoheiten und Reſervaten. *Caſpar. Klock. de contrib. cap. 3. n. 76.* Dn. *Theodor. Reinking.* de R. S. & E. *lib. 1. claſſ. 5. c. 6. n. 156.* conf. Magnif. *Fritſch. pag. 237.*

VI.

Hæc privilegia ſibi reſervaſſe Imperatores, multis probat exemplis

plis *Johann. Gryphiander* in libro ſuo de *Weichbildis Saxonic. edit. Argent. 1666. cap. LXXIV. pag. m. 187. 188.* Neque civitatibus tantum hoc jus conceſſerunt Imperatores, ſed aliis quoque Principibus, Epiſcopis, Monaſteriis nobilibus hoc regale quandoque communicarunt, additis etiam aliis privilegiis. Ita *Otto I.* in diplomate dato *Anno* 965. de mercatu in *Witzenloch* apud *Freher. in append. poſt lib. 1. de Orig. Palat.* Idem *Otto I.* Eccleſiæ *Oſnabrugenſi* mercatum publicum in loco *Widdenbrugge* & vectigalia illi colligenda. *Krantz. 3. Metrop. 25.* Ita etiam hoc jus ab Imperatoribus conceſſum fuiſſe *cœnobio Metenſi*, pago *Heslingo*, Eccleſiæ Stadenſi aliiſque locis citatus *Gryphiander* longa ſerie probat. confer. D. *Fritſch. pag. 237.*

VII.

Ut autem ad ſcopum præfixum perveniamus & ritum, qui in autumnalibus nundinis Francofurtenſibus obſervatur, ſciendum, *Francofurtenſes* ad *Mœnum* conciliorum occaſione jus nundinarum à *Friderico II.* Cæſare obtinuiſſe. Cum enim *Conſtantinus III.* Imp. primum in urbe Arelatenſi annuatim celebrari juſſerit: *Carolus* M. annuum iſtum conventum Moguntiam tranſtulit; Inde à *Friderico II.* Francofurtum translatum fuiſſe ajunt. Cæterum eædem nundinæ à *Carolo IV.* autumnales Moguntiam revocabantur, iiſdem à *Gunthero* vernales *Fridbergæ* ſubſtituebantur; Sed utræque à *Carolo IV. Francofordiæ* reſtituebantur & confirmabantur. vid. *Gryphiand. pag. 189.*

IIX.

IIX.

Aſt celeberrimus D. *Fritſchius pag.* 238. aſſerit, *Fridericum II.* forte loci commoditate permotum, quia major ac facilior copia aderat, tranſtuliſſe *Francofurtum* nundinas Privilegium *Friderici* apud *Dn. Limnæum lib. VII. de I. P. cap.* 16. *n.* 24. legi poteſt. In his itaque nundinis autumnalibus ſingulis annis ritus hic antiquiſſimus obſervatur, quo *chirothecæ* coram Senatu pleno menſæ imponuntur, quibus ſignificare volunt, jus hoc nundinarum conceſſum eſſe ab Imperatore *chirothecam* mittente, uti *Speculum Saxon. lib.* 2. *art.* 26. §. 6. indicat his verbis: *Nemini licet forum erigere ſine conſenſu ejus loci Judicis; etiam Rex in ſignum ſui conſenſus, ſuam ad hoc mittere debet chirothecam.* Intelligimus hinc chirothecas ceſſionibus traditas fuiſſe. Uti ex

jure Saxon. tradit *Joh. Jacob. Speidel. in Speculo juridic-Politico hiſtorico fol. 567.* Daß man keinen Marckt ohne des Richters Laub hegen möge / ja daß ſolches des Richters wille ſey / ſoll der Kayſer ſeine rechte Hand zeichen (Chirothecas) deſſen zu Urkund auff die Stadt darreichen. Unde textus & gloſſa ad articul. 9. Weichbild ita ſcribunt: Das iſt das Urkund / wo man neue Marckt machet / daß man ein Creutz ſetzt auff den Marckt / durch das man ſehe / daß Weichfried (Stadt-Recht) da ſeye / und man hengt auch da des Königs Handſchueh daran / daß man darbey ſehe / daß des Königes wille ſey.

IX.

Eadem fere recenſet *Beſoldus in Theſauro practico fol. m. 409. edit. Norinberg. 1666.* Es ſoll niemand neue

Märckte

Märckte auffrichten / es ſey dann / daß der Käyſer auf die Stadt ſeinen rechten Handſchuch ſandte de quo ritu vide *Weichbild artic.* 9. verb. da begriff ihn ein Kauffman und zohe ihm den rechten Handſchuch ab. vid. *D. Ahasver. Fritſch. de Nundin. cap.* 4. *n.* 10. quibus calculum adjicit *Johannes Gryphiander* de *Weichbildis Saxonicis cap. LXXVI. pag.* 187. *edit. Argent.* qui repetitis verbis addit: Chirothecas apud Saxones ceſſionibus rerum immobilium adhiberi, uti ex multis diplomatibus conſtaret. conferatur huc *D. Juſtus Georg. Schottel. de antiq. German. juribus pag. m.* 313. Colligimus ritum Francofurti uſitatum hunc nullam aliam originem agnoſcere, quàm ut per *chirothecas* ſignificetur, jus nundinarum ab Imperatore conceſſum eſſe, quo quilibet mercaturam ſine turba-

tione exercere poſſit. Hodie loco chirothecæ vexillum quoddam Imperatoris inſignibus pictum extenditur, quo indicatur, cuivis licere emere & vendere, quem ritum civitates Imperiales adhuc in uſu habent.

Caput V.

De Chirothecis, ſigno condendæ urbis.

I.

Quid per vocabulum urbis intellectum velimus, facile patet. Et licet diſcrimen aliquod quidam Politici faciant inter *urbem* & *civitatem*, ita, ut *urbis* termini muri ſint; *civitas* autem non in parietibus aut muris, ſed potius in jure & hominum multitudine poſita ſit. Verum hæ voces cum promiſcue frequenter

ter uſurpentur pro eadem re, itaque ſtatim poſuimus vocabulum *urbis*, freti magnorum politicorum authoritate. Ut autem conſtet, quid velimus inſcriptione hujus capitis, quod ſcil. Chirothecæ ſignum fuerint condendæ urbis? tunc benevolo Lectori ſignificamus, quod indicare velimus, Jus condendarum Urbium tàm quoad muros, quam quoad Jura Imperatori competere ſoli.

II.

Videmus tamen pleroſque Principes Status Imperii, uti teſtatur *Matth. Stephan. Diſcurſ. Acad. 9. vol. 1. fol. 80.* in ſuis territoriis quibuſdam vicis, jus civitatis tali modo tribuere, ut nimirum in illis ſint Conſules & Senatores cum ordinaria jurisdictione in Criminalibus & civilibus negotiis, fruanturque cives privilegiis cum cæteris civitatibus provincia-

 libus,

libus, interim rectius ac tutius facerent tales Status, ſi cjuſmodi in caſibus conſenſum Imperatoris impetrarent, ne ipſis accidat, quod *Alberto* Comiti Mansfeldenſi, vico cuidem prope *Islebiam* jus civitatis dare volenti, contigit, huic namque *Maximilianus I. ſub dato 6. Febr. Ann. 1514.* hiſce inhibuit verbis: Wann nun dir noch jemand anders geziemet / Stadt-Recht ohne ſonder Erlaubnis auffzurichten / ſo befehlen wir &c. vide *Theſaur. practic. fol. m. 900.*

III.

Ex his colligimus, quod jus civitatis dare, daß aus einem Dorff oder Orth eine Stadt gemacht vel de novo dahin erbauet werde / inter jura Majeſtatica referatur ſoliuſque ſit Imperatoris, ſpiritum & vitam, uti JCti loquuntur, concedere civitatibus; ac in tantum jus hoc penes ſolum

lum Imperatorem, adeò ut ſi quis abſque conſenſu ipſius civitatem conſtituere velit, ea nec civitas nec jura civitatis habere putetur. Nam ſoli Imperatori, tanquam Regale majus competit (ſic & Marckt-Recht plerumque in feudum datur) arg. *l. un. C. de metropol.* Obrecht. *de regal. t. 8. concluſ. 188. & ſeq. Matth. Stephan. de juriſdict. lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. n. 114. Clapmar. de Arcan. Rerumpubl. lib. 1. c. 20. in fin.* & qui contra voluntatem Imperatoris fecerit & civitatem ad minimum tacito conſenſu conſtituerit, ea nec civitas, nec jura civitatis habere poſſit *Alvar. Valaſc. ad l. imperium n. 73. de juriſdict. Natta conſil. 636. n. 100.*

IV.

Ita *Carolus IV.* Imperator expreſſis verbis in Reſcripto quodam *de anno 1378, ad civitatem Norimbergam*

 refert,

refert, quomodo certo loco & modo inhibuerit jus civitatis condendæ, & conditum caſſarit. vid. *Goldaſt. in part. 2.* der Reichs-Satzungen *pag. 66.* quod reſcriptum repetiit D. *Schottelius in libello de juribus antiquis German. pag. m. 311. 312.* Hodierno tamen ſeculo non ſemper obſervatum fuit, civitatibus novis ſpiritum & animam ab Imperatore, ut vivant & vigeant, impetrare: Exempla adſunt, ubi hæc concedendi & privilegiandi jura juribus ſuperioritatis & territoriali ſunt attributa. vid. *Klock. de Contr. c. 5. n. 1.* Exempla refert in *Electorat. Palatin.* von Franckenthal. in Duce *Wirttenberg.* von Freudenſtadt. in Comite Hannovienſi von Hanau. confer. Beſold. Theſaur. *Practic. fol. 900.* Nec deſunt exempla, ubi Imperatoris aut conceſſio aut minimum confir-

confirmatio petita & neceſſaria habita fuit, uti ex literis *Julii Ducis Brunſvicenſis ad Imperatorem* datis, conſtat, quarum copiam nobis exhibet D *Schottel. in tract. de Jurib. antiq. Germ. pag. m. 317. ſeqq.* Interim tamen paucis ab hinc annis Jus hoc inter reſervata Imperatoria haberi voluit *Imperator noſter Auguſtiſſimus Leopoldus*, cujus reſcriptum adduxit citatus *Schottel. pag. 323.* Sunt tamen alii, qui hoc jus conſtituendi civitatem, inter reſervata Majeſtatis ſpecifice non defendunt, uti exemplis & teſtimoniis probat *Schottel. pag. 324. 325.*

V.

Verum noſtri non eſt hanc controverſiam dirimere: Antiquiora tantum perluſtramus & demonſtramus, *Chirothecas ſignum fuiſſe condendæ urbis.* Probat hoc Speculum

Saxon. vel Landrecht art. 9. Wo man neue Städte bauet / muß man da ein Creutze ſetzen auff den Marckt / durch das man ſehe / daß Weichfried da ſey: Und man hänget auch des Königes Handſchuch daran / daß man ſehe / daß es des Königes Wille ſey. & gloſſ. ibid. explicat: Daß man Weichfrieden habe durch des Königes Vollwortung beſtätiget / wann an dem Creutz des Königes Handſchuch hange. confer. *Schottel. pag. 313.* Optime in hanc rem *doctiſſ. Rittersbuſius de Jure Aſylorum cap. III.* diſſert. de refugio Saxonum ad crucem, de cujus origine, autore & fine Weichbild art. IX. Der König weiſet die Kauffleut mit der Römer Rath an die ſchiffreichen Waſſer / daß ſie allda feſte Städt baueten mit Mauren und mit Weichhäuſern /

ſern / und da gab ihn der König mehr andere und ſolche Recht / als er täglichen an ſeinem Hof ſelbſt hatte / und beſtettiget ihnen die / und both ihnen ſeine Hand dar / da begriff ihn ein Kauffmann / und zohe ihm den rechten Handſchuch ab / darüber ſo ward in von ihm S. Peters Friede von Gottes wegen gewircket und gegeben mit einem Creutz / das iſt das Urkundt wo man freue Stadt bauet / da ſetzet man ein Creutz auf den Marckt / durch das man ſehe / daß Weichfried da ſey.

VI.

Ad quem articul. notat *Gloſſa. n. 11.* Wo man mercket / daß man ein Creutz ſetzet auff den Marckt / da des Königes Handſchuch anhanget / darbey iſt zu vernehmen / daß man da Weichfried habe / der

beſtettiget ſey mit des Königes Vollwortung / dann man mag keine Stadt bauen / ohne des Landrichters Willen / und den Willen mag der Landrichter nicht geben ohne des Königs Vollwort / ut *l. 1. C. de nov. op. nunc. Et n. 13.* Bey dem Creutz *Schottel. ex Gloſſa* refert *pag.* 293. Iſt noch zu vernehmen Gottes Fried / denn zu derſelben Stadt ſollen gehören beyde geiſtlich und weltlich Gericht: Das weltliche Gericht von dem Kayſer / das iſt zu vernehmen bey dem Handſchuch: Das geiſtliche Gericht bey dem Creutz / und bey dieſen zweyen Zeichen iſt zu vernehmen / daß da Fronrecht ſey und Freyung und rechter Friede.

VII.

Fruebantur ergò omnes Weich-fried-Recht ſeu pace municipali, ſeu jure

jure illo pacis in vico, qui erant liberi ſeu in libertate conſtituti/ der kein beſprochen Mann war. Ut igitur verba ipſa juris civitatis adducamus, quibus probatur iis tantum, qui liberi erant, & ſine crimine, jus conceſſum hoc eſſe, recenſebimus verba *artic. IV.* quæ ita ſonant: Welcher Mann binnen Weich-bild-Recht geſeſſen hat Jahr und Tag / ohne jedermans Anſprache/ der mag ſeine Freyheit daß behalten/ ſelb ſieben ſeiner nechſten Magen/ denn daß ihn jemand zu eigen behalten möge. Dann welches Kind iſt frey und Ehlich gebohren binnen Weichbild / das behält ſeines Vatters Recht: Welch Mann aber geſeſſen hat binnen Weichbild unbeſprochen und unbeſcholten an ſeinen Rechten/ den mag niemand verwerffen von ſeinen Rechten

ten noch beſchelten / er habe denn ſein Recht verwircket / (alſo daß er ein beſprochen Mann ſey.)

IIX.

Ex his conſtat, quod illi tantum juris Civitatis, hoc ritu conceſſi, participes facti, qui vitam à criminibus puram egerant. Cæteri autem ejiciebantur vel pænam luebant. Unde nominatim in civitatibus crucem erigi conſueviſſe, tradit autor *Weichbildi art. VII.* in ſignum ſcil. *Judicii & jurisdictionis.* De qua ita legitur in vocabulario antiquo in verbo *Weichbild.* Und iſt vor alters darbey bedeut geweſen / daß man ein groß höltzern Creutz in einer Stadt oder Flecken (quæ ſcil. jus civitatis à rege hic ſignis nempe chirotheca cruci appenſa impetravit) auffgericht/darauff eine Hand oder Schwerd geſteckt / zum Zei-

chen

chen der Gericht über Hals und Hand. Repetit hæc *Heniſch.* in theſauro ſuo, in verbo Bild. Territorium, inquit, olim ſignificari ſolitum LIGNEA CRUCE in finibus, cui impoſita MANUS & GLADIUS in ſignum der Gerichte über Hals und Hand. Ut conjicere liceat, MANUM LIGNEAM ideò appenſam fuiſſe, quod manu ad crucem illam jurari, eaque perjuris amputari debeat. conferatur D. *Schottel. de Jurib. antiq. German. cap. X. pag. m.* 292. qui plura refert. Quare extra omnem dubitationis aleam ponimus, CHIROTHECAM cruci affixam olim ſignificaſſe jus condendæ urbis ſeu privilegia & jura civilia & Eccleſiaſtica, quæ ibi ſint exercenda.

CAPUT

CAPUT VI.

De
Chirothecis ſigno & jure cudendæ Monetæ.

I.

DE Chirothecis præterea notandum, illas in eodem jure Saxonico Landrecht *lib. 2. art. 26. v. 2.* dici das Handzeichen / cujus uſus, ut ex ſuperioribus conſtat, non erat tantum in illo caſu condendarum Urbium, ſed in jure quoque cudendæ monetæ. Textus ita habet: Niemand mag neue Müntz erheben ohne des Richters / das iſt / des Fürſten Willen / in des Gericht er leyt / auch ſoll der König durch Recht ſein Handzeichen darzu ſenden / zu einer Beweiſung / daß es ſein Wille ſey. Varia itaque in hac lege

ge occurrunt, quæ enucleanda veniunt. Inter quæ primo loco ſe offert cauſa Principalis, cui jus monetæ cudendæ propriè competat. Deinde etiam ritus, quo alicui monetam cudere conceditur.

II.

Quod ad primum ſcil. cauſam principalem attinet, Lex noſtra dicit, quod ſoli Regi hoc jus competat. Romanorum tempora priſca ſi reſpicimus, reperimus, quod penes Cæſares ſuprema eſſet cudendæ monetæ poteſtas. Veriſimile enim eſt, ipſos Imperatores in ſuis aulicis & Palatinis officinis aurea tantum & argentea numiſmata cudiſſe: atque, ne de omni ſibi ademta poteſtate Senatus quereretur, hoc illi conceſſum fuiſſe, ut ærea ipſi flaret, feriretque. Cujus rei efficaciſſimum argumentum eſt, quod plæriſque

æreis

æreis nummis S. C. impreſſa cernitur, quæ literæ in aureis & argenteis neutiquam apparent: imò ne quidem in iſtis, quibus inſcriptum: S.P.Q.R. OB CIVES SERVATOS: qualis *Galbæ*. Atque hoc manifeſtum indicium eſt, nullos tales, Senatus autoritate, poſt Cæſarem fuiſſe excuſos. Confirmat hanc opinionem vehementer, quod è *Lampridio* notamus, *Heliogabali* nummo saureos *Alexandri Severi* juſſu fuiſſe conflatos. Quibus nunc accedit *Dionis* locus *l. 60.* qui autor eſt, Senatum, cum *Caligulæ* memoriam damnatam vellet, omne illius æreum numiſma conflari juſſiſſe. Nimirum æreos tantum *Caligulæ* nummos conflari juſſiſſe Senatum, quia in argenteos & aureos nullum ei jus erat.

III.

Cum autem nummi hi aurei & argentei per aurifabros conflati & in promiſcuum uſum verſi fuerint, Principum Conſtitutionibus deinde cautum, ne injuſſu Imperatoris à quoquam hoc fieret *l. 12. 13. C. Theod. de Suſcept. Præpoſ. & l. 1. C. Theod. Si quis pecun. conflav.* Atque hæ leges uſque adeò fuere obſervatæ, ut etiam poſteriores Imperatores, quamvis declinante Imperio, & exhauſto fiſco, potius tamen quàm priorum Principum nummos conflarent, & ſuo iconio reducerent, monetam ex deteriore argento facere maluerint. Interim tamen Imperatores Senatui poteſtatem dederunt, æream cudendi monetam. Aſt ſibi ſolis Imperatores hoc jus ſumpſerunt, ut vultu ſuo nummos ſignarent, nec injuſſu Principis

cipis citra Majeſtatis crimen , alios in iiſdem fingere fas erat. Quare, cum miles , *Commodo* , *Perennii* quædam numiſmata attuliſſet ἐκ πε-τυπωμένα τὴν τȣ̃ περεννίȣ εἰκοία pæna gladii in eum fuit animadverſum, ut eſt apud *Herodianum l. 1. c. 9.* Plura qui deſiderat , evolvat celeberrimi *Chriſtophor. Wagenſeilii diſſert. de re monetaria veter. Roman. edit. Altorff. 1691.*

IV.

In Imperio noſtro Germanico jus monetas cudendi primario Imperatori Romano competit, quamvis & aliis Principibus hoc jus conceſſum ſit, attamen non *abſolute* id eſt, ſed ita, ut proba materia forma & pondere cōſtet, uti prudenter admonuit *Reinhard* Com. Solmenſ. in Beſchreibung von Urſprung des Adels fol. 6. ubi rationem reddit notabilem :

Denn

Denn die Müntz iſt eines Fürſten Glauben / und ſtehet ſein Nam/ Wapen und Siegel darauff/ gleich wie auf einem Brieff / als eine gerecht und gute Wahr. vid. *Speidelii Specul. Jur. fol. 872.* Hinc bene D. *Herman. Conring. in diſſert. de re nummaria in Republ. edit. Helmſt. 1662.*

§. *37.* Inter Regalia Longobardica ſemper numerata fuerunt cudendæ jura monetæ. Factum item in Germania: niſi quod multis à Rege ſeu Cæſare Germanico jus hoc commune ſit factum, qui tamen omnes agnoſcere coguntur, jus ſibi hoc privilegii inſtar à Cæſare conceſſum eſſe.

V.

Quod ad ritum attinet ipſum, quo Imperatores *Chirothecam* illi miſerint, quibus privilegium cudendi monetam conceſſerunt, tunc varias

rias rationes dare poſſumus. Inter has autem non ultima eſſe videtur, quod Imperator per *chirothecam* indicare velit, conceſſum quidem eſſe jus monetam ſignandi. verum etiam graviſſimam adulteratoribus monetarum pænam conſtitutam eſſe, id quod ſignum *chirotheca*, pro ſignato (*manu*) ſumtum ſignificaret. Quemadmodum ita *Chirotheca* in jure civitatis condendæ tranſgreſſoribus pænam minatur pari modo, hoc loco. Hoc priſtini: hoc hodierni re ipſa oſtenderunt, dum non ſolùm edicta manibus propriis ſubſcripta publicari curarunt, ſed etiam in falſarios graviſſimè animadverterunt, uti *Speidel. in Speculo ſuo Jurid. fol. m. 873.* fusè demonſtrat.

VI.

Benè itaque Poëta ille dixit: *An neſcis longas Regibus eſſe manus?*

quod

quod experti ſunt omnes illi, qui monetas mixtura quapiam vitiarunt, aut injuſſu monetam cuderunt. Authoritas etenim cudendi ſine licentia Principis uſurpata, etiam punienda in proba materia & in improba, & qui hanc uſurparit, ſi liber, ad beſtias dari, ſi ſervus, ſupremo ſupplicio affici debet, ex *Ulp. l. quicunque. l. 8. eo.* Conſtantinus Cæſar eos, qui nummos falſa fuſione formaverint, flammarum exuſtionibus vult mancipari, eorumque bona fiſco Cæſareo addici ex *l. 1. & 2. de falſ. mon. C. Valent. Theod. & Arcad.* falſæ monetæ reos majeſtatis crimine & pœna teneri ſtatuerunt, *l. falſ. monet. 8. de falſ. monet. eodem tit.* Fuit & Capitalis pœna ſtatuta in *Cheimiſtas*, quos flatuarios dicit *Conſtantinus*, qui, ut ipſe loquitur, majorinam pecuniam non minus criminoſe,

 quàm

quàm crebre ſeparato argento ab ære purgabant. Sanxit etiam Conſtantinus, ut illi, qui adulterinam pecuniam ſuppoſuerint, capite puniantur, aut flammis tradantur. Extat Lex Orientalium apud Conſtant. Harmenopulum *lib. 6. prompt. jur. tit. 14.* hujuſmodi: Qui adulterinam monetam cudunt & ipſis, & qui eis in ea re miniſterium exhibuerunt, manus amputantur. Hæc & alia exempla ſatis probant, quod per *Chirothecam* poteſtas pænas infligendi adulteris monetarum & etiam poteſtas defendendi probarum monetarum curſoribus indicetur.

CAPUT

Caput VI.

De
Uſu Chirothecarum in homagiis & Feudis.

I.

HOmagium ſive hominium veneratio eſt, quam *Vaſallus* Patrono propter beneficium acceptum tribuit, cum ſe eo nomine hominem i. e. Clientem ipſius fore profitetur: quæ veneratio planè ſervilis fuit. Itaque quod in libro *Feud. 2. tit. 5.* ſic concipitur: Ego juro, quod ero fidelis ei, ut Vaſallus Domino. Apud *Aimonium lib. 5. cap. 24.* ita concipitur: Ego Hirmannus à modo & deinceps Domino Seniori meo Carolo Regi ſic fidelis & obediens ero, ſicut homo ſuo Seniori.

II.

Obſervandum autem eſt, triplex eſſe Homagium, *Obſequiale*, *Feudale* & *Sociale*. Obſequiale eſt veneratio cum promiſſione obſequi. Feudale eſt veneratio cum promiſſione fidelis & grati animi ob beneficium acceptum. Sociale vero non veneratio, ſed fœdus eſt, quo quis alterius benevolentiam comiter obſervaturum promittit. Itaque *improprie & abuſive* hominium appellatur. Quare duæ ſpecies priores tantum homagii nomine inſigniri poſſunt, teſte *Lexic. Jurid. ex Briſſonio, Hottomanno, Prateo collecto pag. m.* 453. ubi de homagiis plura legi poſſunt, quæ non inſtituti noſtri ſunt, hunc transſcribere. Evolvantur etiam Politicorum libri, ubi quamplurima de homagiis reperiuntur. Interim tamen conſtat, quod homagium

ſemper

ſemper certis ceremoniis & ritibus præſtitum fuerit. Inter quos etiam ritus CHIROTHECARUM eſt, quem certis exemplis & teſtimoniis probabimus.

III.

Regiomontium civitas Boruſſiæ, quando Duci ſuo HOMAGIUM præſtat, eidem, inveterato ex more per Conſulem antiquæ civitatis offerre ſolet einen linecken Handſchuch/zuſamt 300. Pfenning altes Geldes. *Limnæo ad lib. IV. c. VII. pag. m. 603.* teſte. Ita qui *feudum* aliquod à ſuperioribus accipiebant, ſingulis annis *Chirothecas* vel aliquid aliud mittebant, uti conſtat ex ritu *Maximiliani* Imperatoris & *Ludovic. XII. Galliæ* Regis. *Ludovicus* enim XII. Rex *Galliæ*, à *Maximiliano* Imperatore anno 1505. de Ducatu Mediolanenſi inveſtitus, promiſit ſingulis

annis, in feſto Nativitatis Chriſti offerre calcaria aurea: *Caſſand. tr. ch. 5. pag. 345.* Alii debent Seniori ſuo offerre lanceam albam , vel cuſpidem ferream lanceæ; *Bouteiller en la ſomme rurale, les couſtumes de Bearn tit. 1. artic. 27.* Alii PAR CHIROTHECARUM albi vel alterius coloris Ein Paar Handſchuhe/ quemadmodum Monaſterium Arnsburgenſe non procul à *Giſſa* ſitum ſingulis annis *Sereniſſimo Haſſiæ Landgravio Darmſtadin.* aliiſque *Comitibus Chirothecas* cum panno craſſo mittere tenetur. vid. *Bouchel. d. tr. tom. 2. pag. 177.* Vel *unam* CHIROTHECAM tantum, ſed *repletam pipere: Louys d' Orleans és ouvertures des Parlaments cap. 16. pag. 223.* Die Urſeler gehören in geiſtlichen Sachen unter das Biſchthumb Chur/ und werden zu den Gotteßleuten

zu

zu Diſſentis, in obern Grauen-Bund gezehlet. Wann ſie einen Amman / das das Haupt in ihrer Obrigkeit iſt/ jährlichen unter ihnen/ nach ihrem Gutbeduncken/ erwehlet haben / ſoll derſelbe / ſo bald er mag/ gen Diſſentis kommen/ ungefährlich zu einem Herrn und Abt/ daſelbſten das Ampt und Gericht von ihm zu empfahen / da er denn dem Herrn zu geben ſchuldig iſt zween weiſſe Handſchuhe zu Uhrkund und Warzeichen einer Beſtätigung des Ampts und Gerichts deſſelben Jahrs. *Guler.* in Beſchreibung *Rhetiæ lib. 13. p. 206.* Similiter *Carnifices* ob *conceſſum privilegium* tenentur ſingulis annis Principi vel Domino territorii etliche paar Handſchuh mittere; & quibuſdam in locis illæ Chirothecæ confectæ debent eſſe ex corio canino

von Hundesleder/uti moris eſt in Comitatu Schwartzburg. Intelligimus hinc, *Chirothecas* fuiſſe ſignum homagii & feudi.

Caput VII.

De Chirothecarum uſu in obſidione obſervato.

I.

CHirotheca à Regibus olim in urbem, quam obſidione cinxerant, projecta, ſignum erat, obſidionem ſe non ſoluturos, donec urbe potirentur. Ad quem ritum referri poteſt ille Arabum mos, apud quos calcei extracti in aliquem conjectio ſervatæ ſervandæque fidei ſignum pignoriſque certiſſimum eſt. Unde *Rabus* Benxamutius, vir inter Arabum Duces inſignis, uxorem à Luſitanis

tanis captam vindicaturus, calceum ſibi detraxit, atque in eam jecit: ſimulq; equites ſuos, quos ad LXX. raptim collegerat, animosè cohortatus tanto impetu in Luſitanos irruit, ut his partim cæſis, partim diſſipatis uxorem ſalvam receperit apud *Juſt. Lipſ. Monit. & Exempl. Polit. 1. c. 17.*

II.

Intelligimus hinc, quod apud *Arabes* chirothecam ſibi detractam in alium jacere, non equidem ceſſionis ullius ſymbolum ſit, ſed potius uti diximus ſervatæ ſervandæq; fidei ſignum & pignus certiſſimum ſit, uti ex antea prolata hiſtoria patet, quam juxta omnes circumſtantias quoque recenſet *Balduinus de Calceo antiquo libro. pag. m. 244, 245. edit. Amſtel. 1667.* quam adſcribere non pigebit. Luſitanicæ narrant hiſtoriæ, de *Rabo*

quodam *Benxamutio* , viro inter Arabum Duces inſigni. Hic, cum in Marochienſi agro caſtra & de more familiam haberet, contigit, ut, irruentibus inopinanter Luſitanorum copiis, uxor ejus, cum multa hominum pecorumque turba, raptim abduceretur. Imparem autem cum ſe *Rahus* animadverteret, *Luſitanis* numero militum longe majore ſuperantibus, dolens mæſtuſque primum uxorem patiebatur abduci. Sed ecce, cum illa recedens huic & ignaviam & perfidiam indignabunda exprobraret, acrioribus incitatus ſtimulis, ſtatim, ut in more gentis erat, *chirothecam* ſibi detractam in illam jecit: Et ſimul Equites ſuos, quos ad ſeptuaginta raptim collegerat, animoſe cohortatus, tanto impetu in *Luſitanos* irruit, ut hi tandem amiſſo Duce, diſſipataque acie,

acie, cæſi plerique omnes, aut capti fuerint. Sicque uxorem *Rahus* ille recepit, voces eo facto & laudes in ſe vertens omnium, qui fidelem & generoſum ejus animum prædicabant. Qua in narratione id potiſſimum in rem noſtram obſervamus, quod Rahus ille jacta in uxorem chirotheca dicere videbatur: Ne jure mihi aut ignaviæ aut perfidiæ probrum putes competere, ecce, jam tibi meam trado chirothecam fidei meæ pignus; ſed ſtatim recipiendam, cum te fugatis hoſtibus recepero. confer *celebr. Anton. Bynæi tr. de Calceis Hebr. lib. 2. cap. VIII. pag. m. 231. 232. edit. Dordrac. 1695.*

III.

Et ſane, non inepta uxoris recipiendæ propoſiti, per calceum (chirothecam) in eam conjectum ſignificatio; cum, ut obſervavit *R. Imma-*

nuel in Pſalm. ubi Reges olim urbem aliquam obſidebant, in eam projicere Chirothecam ſolerent, ſignum, ſe ſtatuiſſe obſidionem non ſolvere, donec urbe potirentur. Nam quod hic per chirothecam factum ait, alii per calceamentum volunt, eoque *Pſalmiſtam Pſalm. LIX. 10.* reſpexiſſe: *In Idumæam extendam calceamentum meum.* confer. Laurent. Bayerling. *in Theatr. Magn. vitæ human. Anton. Bynæ. lib. 2. cap. VIII. pag. 232. de calceis Hebr. edit. Dordrecht.*

Caput VIII.

De Chirothecarum uſu in Contractu.

I.

Apud Hebræos, cum alicujus rei dominium acquireretur, ſive trans-

transferretur in alium, in uſu olim variæ ceremoniæ, ſive formulæ fuerunt. Ex nudo verborum contractu nihil omninò tranſigebatur, ſolenne quiddam accedere neceſſe fuit, quod rem faceret ratam. Omnium enim Contractuum ſive emptionum & venditionum & ceſſionum de jure aut dominio alicujus rei, vim atque obligationem à formulis ſolennibus pendere volebant, ut his prætermiſſis cuncta irrita & plane nihili eſſent. Præclare hoc docuit, ex Talmudicorum ſcitis, cl. *Johannes Selden. de Jure Natur. & Gent. l. 6. c. 5.* & varias iſtiusmodi formulas, quæ in uſu quondam fuerunt, notavit.

II.

Ab antiquiſſimis temporibus in redemptione & permutatione, cum quis cederet ſuo jure, quod in rem aliquam habebat, ceremonia ſolennis

nis fuit, ut exueret *Chirothecam* ſeu *calceum*, & alteri daret. Meminit hujus ritus antiquiſſimi hiſtoria *Ruthæ cap. IV, 7, 8, 9.* Obtinuit olim in Iſrael, in redemptione & in permutatione, ut firmaretur omne negotium, extrahebat homo calceum (alii chirothecam) ſuum & dabat proximo ſuo, eratque hoc teſtimonium in Iſraël. Fuit ergo hic ritus *Contractuum* firmatorius. Perinde ut noſtris moribus *claves traduntur, pedes ponuntur, potus præbetur* & id genus alia Symbola adhibentur, quæ corporalem rerum poſſeſſionem ac Contractus initos confirmant, de quibus conſulendi ſunt Juriſconſulti.

III.

Ad *Materiam* pergimus, viſuri ubi locum habuerit hic ritus. Exponit Textus ſacer afferens: על גאלהה ועל התמורל LXX. Ἐπὶ τὴν ἀγχιστείαν

ἀγχιστείαν καὶ ἐπὶ τὸ ἀντάλλαγμα in *Vindiciis* & *permutatione*. Geminus conſuetudinis locus, cauſa gemina. Contractior altera, altera laxior. Confudit rem Æthiops à *Niſſelio* editus, dum vocat *morem redemptionis ſuper mutatione*. Nos diſtincte agemus de utroque, ſed verbo Vindiciarum jus exhibet Leviticus cap. XXV, 25. vi cujus גואל הקרוב vindicare poterat poſſeſſionem fratris ſui ad paupertatem redacti ſeu patrimonium venditum. Nam ſucceſſionem cognati in bona defunctorum uſitatam fuiſſe, non obſcurum eſt ex Lege. Rem ex inſtituto dedit *Selden. tr. de Succeſſ. in bona defunctorum ad LL. Ebr.* qui nobis hîc ferias fecit. Et ad hanc venditionem ac jus redimendi patrimonium venditum pertinere Acta Boaſi & Anonymi Cognati aſſerit *Abarbanel* ad

Deuter.

Deuter. legem ibique ritum illum explicat. confer. Anton. Bynæ. libr. *de calceis Hebr. lib. 2. cap. 7. pag. m. 211. edit. Dordr.* ut & *Midraſch fol. 42. col. 2. in Ruth.* ubi traditur illa acquirendi dominii formula.

IV.

Non poſſumus tamen non adſcribere *R. Salom. Jarchi* verba *ad Ruth.* quando ita : *Ad redimendam hereditatem mariti mei, ſecundum id quod dicitur* Levit. XXV. 25. Et veniat Redemptor ejus, qui propinquior ei & redimat &c. *Nam ſocrui meæ mihique neceſſe eſt, ut hereditatem* (ſeu poſſeſſionem) *noſtram vendamus. Tua refert ut adquiras, & cum ea me ſimul adquire, ut ita in memoria habeatur nomen defuncti, propter hereditatem ſuam, ut ſcil. cum ego in fundum illum veniam, dicant homines, hæc eſt uxor Machlonis.* Inter

ter illas tamen anguſtias Cognationis mos hic non fuit concluſus. Ad *Contractus* quoſvis *majores* & *graviores* ſe porrexit. Interim diſſident hîc Magiſtri. Targum diſtinctè meminit etiam rerum pondere dimenſarum & portari ſolitarum. *Junius* & *Tremellius* permutationem hanc nimis coarctant, ad perſonarum commutationem, vulgo dictam *Subſtitutionem* vel *Surrogationem*, illam reſtringentes. Quid autem Subſtitutio ſit, facile ex *JCtorum* libris patet. Lexicon Juridicum ex *Briſſonio* aliiſque collectum *pag. m. 968.* ita deſcribit: *Subſtitutio* eſt in locum cujuſcunque inſtituti hæredis deficientis ſuppoſitio.

V.

Iniquior adhuc eſt Abulenſis Epiſcopus, qui huic conſuetudini non

non niſi in *Ceſſionibus* locum relinquere vult, ſecus quàm litera textus aſſerit. Indefinita enim mentio permutationis (תמורה) repugnat. Reſpondet hæc Græcorum συναλλάγμασιν, quæ quàm latè pateant, ex Scriptoribus Græcis non poteſt eſſe obſcurum. Vetus CONTRAHENDI ratio fiebat permutando. Ortum inde ut Ebræorum תמורה & Græcorum ἀλλάττεσθαι cum compoſitis pro actu emendi & vendendi nuſquam non occurrat. Illud tamen aſſerere nolumus, in quibuſcunque CONTRACTIBUS circa viliſſimas quaſque res illum morem fuiſſe obſervatum. Ecquis enim credat in coëmto pane aut venditis ceraſis eam ſolennitatem ſemper fuiſſe adhibitam? Certe ejuſmodi ceremonias non merebantur tam viles CONTRACTUS. In *Majoribus* ac *gravioribus*

vioribus locum habuiſſe, cenſendum eſt.

VI.

Sed ad *Formam* hujus *Contractus* properandum, quæ exhibetur in verbis, *extractionis Chirothecæ* vel *calcei.* Ritum hunc fuiſſe ſolennem, qui ab antiquis temporibus inoleverat, quo veluti formula ceſſionis de jure, ut traditionis, aut acquirendi Dominii utebantur, teſtantur hæc verba; *Obtinuit olim in Iſraël, in redemptione, aut in permutatione, ut firmaretur omne negotium, extrahebat homo calceum ſuum & dabat proximo ſuo, eratque hoc teſtimonium in Iſraël.* Sanè hi non male agunt, qui calceos per *Chirothecam* exponunt, uti *Quinquarboreus*, *Buxtorffius* & *Seldenus.* Quibus aſſenſum præbet *Chaldæus* Interpres, qui pro Calceo *Chirothecam* ſubſtituit. Sic enim παραφράζει: *Exue-*

Exuebat homo chirothecam manus ſuæ dextræ & *emptionis cauſa proximo porrigebat.* Nec diſſentit *Targum in Bibliis Venetis.* Et paulò poſt: *Extende manum tuam emptionis cauſa, & eme tibi. Et exuit Boas chirothecam dexteræ ſuæ & emit ſibi.* Sanè cum non calceum hîc habeat, ſed *chirothecam*, manifeſtum eſt, eum putaſſe, hîc non agi de ea ceremonia, quæ in Deuteronomio legitur, ſed de alia, quæ in *emptione* & *permutatione* locum habebat. Hinc *Johannes Druſius in Quæſt. Hebr. l. X. quæſt. 46.* de hoc ritu ita literis tradit: *Conſtat*, inquit, *hunc morem ſervatum fuiſſe olim etiam in commutationibus, cujus rei teſtis ille ipſe locus. Porrò ut ſit commutatio, neceſſe eſt, ut qui aliquid accipit, idem aliquid det: Hoc veteres declarabant verbo HALAPH, quo uſi ſunt in hac re. Dabatur*

tur autem calceus (chirotheca) *dicis cauſa, ſive pro forma, ut ita loquar.* Hæc Druſius. Ex his prolatis conſtat, olim Chirothecas adhibitas fuiſſe in Contractibus, quemadmodum in *Hiſpania* factum, ubi ad Confirmationem *Contractuum Chirothecas* fuiſſe projectas, *Pineda ad Jobum* fuſe demonſtravit.

Caput IX.

Chirothecæ hæreditatis indicium.

I.

VAriæ apud JurisConſultos reperiuntur formulæ hæredis inſtituendi, quæ aut Verbis aut Scriptura, aut aliquo externo ſigno exprimebantur. Verbis, quando moriens hære-

hæredem verbis nominabat adſtantibus teſtibus, ut *Titius hæres, Titius hæres ſit, Titium hæredem eſſe jubeo.* Scriptura, quando ſcripto teſtamento aliquis hæres conſtituitur. Externo ſigno, quando quis vel annulo vel chirotheca hæres fit. De duabus formulis Juriſconſulti agunt in *Inſtitut. de hæredib. inſtituend.* De tertia autem formula agunt hiſtorici.

II.

Quemadmodum autem in hærede conſtituendo annulus & chirotheca pari paſſu ambulant, probabimus primo *annulum indicium hæredis deſignati* fuiſſe, & deinde teſtimonium in medium proferemus, *chirothecam* itidem præſtitiſſe. Jam autem patet ex hiſtoriarum monumentis, quod morituri priſci ſuos annulos obſignatorios dare conſueverint

iis,

iis, quos hæredes ſibi deſignaſſent, ut conſtat ex *Curtio lib.* 10. *c.* 5. talia de Alexandro Magno ſcribente: *Dimiſſo* vulgo, velut omni vitæ debito liberatus fatigata membra rejecit, propiusque adire juſſis amicis (jam & vox deficere cœperat) detractum annulum digito Perdiccæ tradidit, adjectis mandatis, ut corpus ſuum ad Hammonem ferri juberet. Et infra *cap.* 6. Alexandrum conſultum, cui relinqueret Regnum, voluiſſe optimum deligi: indicatum autem ab ipſo optimum Perdiccam, cui annulum tradidiſſet, & mox: Itaque univerſi procedere in medium Perdiccam, & Regis annulum tollere jubebant.

III.

In hanc rem quoque *Plinius lib.* 33. *c.* 1. diſſerit, ita ſcribens: Cui autem moriens detractum annulum trade-

traderet, etſi non voce nuncupatus, conſenſu tamen hæres inſtitutus cenſebatur. Quin & *Valerius Maximus* nonnullos refert, qui tali ſymbolo abutentes fucum fecerint iis, à quibus beneficia ſuſcepiſſent; ait enim *lib. VII. c. 9.* Q. *Cæcilius L. Luculli* promptiſſimo ſtudio maximaque liberalitate & honeſtum dignitatis gradum & ampliſſimum patrimonium conſecutus: quum præ ſe ſemper tuliſſet, unum ſibi eſſe hæredem, moriens etiam annulos ei ſuos tradidiſſet, Pomponium Atticum teſtamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit hæredem: ſed fallacis & inſidioſi cadaver P. R. cervicibus rectè circumdatum, per viam traxit: itaque nefarius homo filium quidem & hæredem habuit, quem voluit: funus autem & exequias, quales meruit. & mox, T. *Bar-*

rulus

rulus Lentulo Spinteri, cujus amantiſſimum animum, liberaliſſimam ſenſerat amicitiam, decedens ſuos annulos, perinde atque unico hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredem relinquebat. Quantum illo momento temporis conſcientia, ſi modo vires, quas habere creditur, poſſidet, à teterrimo homine ſupplicium exegit? inter ipſam enim fallacis & ingratæ culpæ cogitationem, ſpiritum poſuit, quaſi tortore aliquo mentem ejus interius cruciato: quod animadvertebat è vita ad mortem tranſitum ſuum, & ſuperis Diis inviſum eſſe, & inferis deteſtabilem futurum. M. vero Popilius Senatorii ordinis Oppium Gallum ab ineunte ætate familiariſſimum ſibi, moriens pro vetuſto jure amicitiæ & vultu benigno reſpexit, & verbis magnum præ ſe amo-

rem ferentibus proſecutus eſt: unum etiam de multis, qui aſſidebant, ultimo complexu & oſculo dignum judicavit: ſuperque annulos quoque ſuos tradidit: videlicet ne quid ex hæreditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos Oppius vir diligens, ſed morientis amici plenum contumeliæ ludibrium in loculum repoſitos & à præſentibus aſſignatos, diligentiſſime hæredibus illius, exhæres ipſe reddidit. Quid hoc loco inhoneſtius? aut quid intempeſtivius? Senator populi Romani curia egreſſus, homo vitæ fructibus continuo cariturus, ſanctiſſima jura familiaritatis morte preſſis oculis & ſpiritu ſupremo anhelitus reddente, ſcurrili luſu ſugillanda ſibi deſumpſit.

IV.

Sic igitur antiquitus annuli tra-

diti

ditio à morituro paſſim erat indicium deſignans hæredem eum , cui traderetur annulus animam agentis. Hoc *Beroaldus* locum *Sueton. in Tiber. cap. 73.* explicans teſtatur, inquiens: annulum ſolitum tradi à morte proximis illi, quem hæredem habere volebant. Plura qui de hac materia legere deſiderat, ille evolvat *Marcelli Donati dilucidat. in Sueton. pag. m. 592.* Extra omnem dubitationis aleam igitur ponimus, annulum indicium hæreditatis fuiſſe.

V.

Hunc ritum & conſuetudinem poſtea ſecuti ſunt alii, qui loco annuli *Chirothecam* indicium hæreditatis eſſe voluerunt, quam ſi mitterent alicui, illum hæredem inſtituebant, quod chirothecâ ſignificare voluerunt. Gratioſum ſane inſtitutum *Conradi* (quem *Conradinum*

vocant *Itali* (*Pandolphus*, *Marc. Guazzus*, *Joh. Bapt. Gyrald.*) extitit, qui *Aventini VII. Annal. Bojor.* & *Ciſnero* teſt bus *Siciliæ* regnum CHIROTHECÆ Symbolo, *Tarraconenſium* Regi *Petro*, interventu Equitis legavit ante cædem. Huc, quod *Gryphiander* obſervavit, pertinet, donationibus, traditionibus, & rerum immobilium ceſſionibus, familiarem hunc, per *chirothecas*, extitiſſe ritum apud Saxones. Vid. in *Weichbild. Saxon. c. 74. num. 7. ſeqq.* Ut autem hiſtoriam narremus, hæc eſt: *Conradinus* ultimus Sueviæ Dux, mox decollandus *Neapoli* in pegmate ferali, *Chirothecam* in hæreditatis indicium, *Henrico Truchſeſſio* porrexit, *Aragoniæ* vel *Caſtellæ* Regi (variant enim, qui referunt) afferendam, cujus in rei memoriam Leones Suevicos inſignis loco, Dapiferorum

rum ſeu Truchſeſſiorum familia obtinuit A. C. 1268. Videatur *Maxim, Reverend. D. Phil. Jac. Spener in Theatr. Nobil. Europ. tom. II.*

Caput X.

De Chirothecis honeſtatis & humilitatis ſigno.

I.

Licet quædam gentes chirothecas propriè dictas non geſtarint, attamen loco illarum Chiridota indumenta manicata habuerunt, quibus manus tegere potuerunt. vid. *Rhodig. antiquar. Lection. lib. 4. fol. m.* 132. quod ſignum honeſtatis fuit. Contra autem, qui nudis manibus incedebant, parum honeſti videbantur. Hinc *Parthi*, teſte *Alexandro ab Alexandro Genial. dier. lib. 5. cap. 18.*

pag. m. 255. qui principem locum habent anaxyridem triplam induunt & manicatam tunicam: plebs vero erat in tunicis ſine manicis.

II.

Ita olim apud *Perſas* in more poſitum fuiſſe videtur, ut qui Regi occurrerent, manus intra *manicas* cohiberent, ut ſe inferiores profiterentur. Docet *Xenophon lib.* 2. *Rer. Græcar. Antobiſacem* & *Mitreum* filios *Dariæ*, quæ ſoror *Xerxis*, patris *Darii*, à *Cyro* non aliam ob cauſam necari juſſos, niſi quod ſibi occurrentes manus intra manicas non contraxerant. Scilicet, ut profiterentur ejus imperium, & ſuum famulatum, atque impotentiam. Nam qui manus intra manicas cohibet, is facere nihil poteſt.

III. Te-

III.

Tenuit mos ille ad noſtra uſque tempora apud *Sinas* in ſalutando, de quo *Nicolaus Trigaucius lib. 1. de expeditione Chriſtiana* apud *Sinas cap. VII.* Maxime vulgaris inter eos Urbanitatis ritus hoc modo peragitur: *In ſuperioris togæ manicas, quas geſtant laxiſſimas, collectæ manus ambæ uniuntur.* &c. Et paulo poſt: *Cum alter ab altero officioſe ſalutatur, aut etiam ſæpe cum per vices amici amicis obvii ſunt manicis intra manicas, ut ſupra, unitis totum corpus inflectentes, caput, quantum licet, ad ſolum uſque demittunt.* Similiter *Monachi* id genus obſervantiæ ſuperioribus præſtant: nam & manus intra manicas cohibent, cum eos adeunt & caput inflectunt. Et hæc de chirothecis, ſymbolo honeſtatis & humilitatis, dicta ſunto.

CAPUT XI.

De
Chirothecis pacis ſymbolo.

I.

AD amicitiam paciſque copulam arctiorem ligabat olim dextra. *Romuli* & *Tatii*, *Herſiliæ* interventu (mutuam concordiam conciliantis atq; amicitiam) imagines dextrarum præbitarum ſymbolo, repræſentavit Dn. *L. Begerus in Antiquit. Spicileg. Num. VI. fol. 151.* Plura ejuſdem generis collegit olim Per-Illuſtris D. *Ezechiel Spanhem. Diſſert. 2. de præſtant. & uſu numiſm. pag. 118.* in *dextræ* ſymbolo. Implicatæ partis utriuſque dextræ, pietatem, pacem, & amorem arguebant mutuum. In nummis *Pupieni* & *Balbini* mutua inſignita quoque dexteris eſt concordia.

cordia. Conſalutantes ſe in pignus amicitiæ fideique priſcæ offerebant dextram. *Pontius Paullinus*, à *Barthio* citatus *Adverſ.59,15.* Tunc ambo nexi ad virilem, ait, dextram damus, in oſculo pacis ſacræ.

II.

Ad hanc quoque mentem *Valer. Flacc. lib. 2. de Cyzico.*

Ut videt ipſe ultrò primus procurrit ad undas
Miraturque viros, dextraſque amplexus & hærens
Incipit.

Pacis pariter inſigne dexreræ præbitio. *Proſper. lib.* de ingratis cecinit:

Ad dextram pacis palmam dare te pudet hoſti?

Manuum conjunctio itaque pacis ſymbolum, ut de *Perſis Xenophon lib. 6. de Pæd. Cyri* de *Heduis* Cæſar *lib. 7. de bello Gallic*; de *Romanis Plutarch.* in *Othone*:

III.

Quemadmodum autem nexus manuum pacis ſymbolum fuit; Ita Cæſares, Reges & Principes Germaniæ hunc morem accrrime preſſerunt. Hi enim cum fœdus pangere aut pacem confirmare vellent, datis manibus fecerunt; Aſt cum abſentes eſſent, & manus dare vel complicare non poſſent, per Legatos ſuos CHIROTHECAS miſerunt ſuas, quarum præſentatione pax confirmata fuit. vid. *Camerar. Hor. ſubciſiv. p. 1. c. 35. pag. 164. ex Specul. Saxon. D. Gedicc. in Concion. in Geneſ. part. 6. p. 494.* qui ita diſſerit: Es haben die Kåyſer und Kônige/ wenn ſie den Friedens-handlungen nicht beywohnen konten/ pflegen ihren Rechten Handſchuch zu ſchicken/ den Frieden und ander fürhaben damit zu beſtåttigen: Intelligimus

mus hinc , Chirothecas indicium confirmandæ pacis fuiſſe.

Caput XII.

De
Ferrea Chirotheca pœnæ gravitatem ſignificante.

I.

Quibuſdam in locis moris eſt, ut in Judiciis publicis, quando quis juramentum deponere debet ſolenne, cum aliis requiſitis etiam *Chirotheca ferrea* menſæ imponatur. Qui ſane ritus & conſuetudo non improbanda eſt, præprimis, ſi juraturo conſcientia tangatur alloquio Judicis, quo ſæpe efficitur ut jurans à juramento abſtineat verumque publice profiteri cogatur.

II.

Notandum autem, quod judex

 varias

varias ob rationes *Chirothecam ferream* apponi jubeat, ut in memoriam *juraturo* revocet juſtitiam eſſe quaſi ferream & inflexibilem ſuum cuique tribuentem, juſtum & æquum continentem. Hinc *jurans* ſibi caveat omni ſtudio, ne *juſtitiam ferream* ſeu inflexibilem lædat; aliàs *Chirotheca ferrea* illa, ſi contra juſtitiam & conſcientiam fecerit, graves pœnas ſumet de illo.

III.

Nam per *Chirothecam ferream* omne grave, durum ac intolerabile intelligitur, quod ille perpeſſurus ſit, qui pejeraverit. Quippe non ſolum Deum ſeveriſſimum perjurii vindicem habebit; ſed etiam ferreas Magiſtratus manus ſeu Chirothecas ſentiet, i.e. pœnas graviſſimas & intolerabiles. Hac loquendi formula ſæpe utitur Scriptura, quando

quando gravem & duram pœnam ſignificare intendit, ut *Pſalm. 149.* ibi Propheta de captivitate loquitur duriſſima, & refert, Principibus *Manicas ferreas* ferendas eſſe. Sic *Deut. IV.* & *cap. XXVIII.* Similiter *Profani* Scriptores pœnam duram & gravem per ferrum indicant. Habes hîc, Benevole Lector, mentem de *Chirotheca ferrea* noſtram, & utinam omnes memoriæ imprimerent, qui ob levem cauſam juramentum deponunt falſum, & ob hanc cauſam merentur, ut non ſolum Magiſtratus *ferreis chirothecis* uti cogantur, ſed etiam Deus graviſſimas pœnas infligat.

Caput XIII.

De
Chirothecarum detractione laudabili & ignominioſa.

I.

NOtatu dignum eſt illud, quod *in Speculo Saxonico lib.3. art. 69.* affertut, quod Judices Regii, dum pro tribunali ſedent, vetentur habere *Chirothecas*, & ſanciatnr Chirothecas detrahere. Legis autem verba ita ſonant: *Ubi ſub Regis banno cognoſcitur, Judices ſeu Scabinos pileis & Chirothecis detractis, indutis palliis, inermes, jejunos judicare ſententiamque ferre debent.* Quo loco notandum, quod ſub Regis banno Judices cognoſcere debeant, id eſt quibus conceſſum eſt per *chirothecam* judicium ſeu Bannrecht exercere. vid.

Schottel. de *jur. antiq. German. pag. 293.* Eſt igitur *Bannus Regalis* vel *Imperii* in *Speculo Saxonico lib. 1. artic. 59. §§. 2, 3, 5, 6. lib. 3. artic. 64, §. 6, 7, 9, 13.* jurisdictio Regia, Imperialis, judicium, quod auctoritate Regia exercetur: Sub *Imperiali banno cognoſcere, judicare. lib. 1. artic. 59. lib. 2. articul. 12. lib. 3. artic. 69.* auctoritate Imperiali Judicium exercere. Quare ſemper addunt Scabini in tribunali ſedentes: Aus Macht unſers gnädigſten Fürſten.

II.

Cur autem Judices detractis *chirothecis* ſedere & ſententiam ferre teneantur, meritò quæritur. Et ſi Sacram Scripturam evolvimus, exemplum haut contemnendum reperimus, ubi *Pilatus* in tribunali ſedens nudis manibus ſententiam tuliſſe dicitur ad teſtandam innocentiam. vid.

vid. celeb. *Wagenſeil. in not. ad Sot. pag. m. 910.* Ita etiam hoc loco à veritate non aberrabimus, ſi ſtatuamus, quod hoc fiat, ut ſignificent, ſe habere manus puras, nec illotis manibus ſententiam dicere. Similiter per *manus nudas* & *chirothecas* non veſtitas ſignificare, volunt, non pecunia vel alia re corruptas habere in ſententia ferenda. Et hæc Chirothecarum detractio in Judicibus laudanda.

III.

Laudabilem quoque conſuetudinem eſſe *detractionem Chirothecarum*, ex eo conſtat, quod ſignum ſit humilitatis erga ſuperiorem à quo feudum accipit, quod *Vaſallus* apud *Gallos* peragere tenetur, quando *feudum* à Rege ipſi conceditur. Teſtatur hoc *Bodinus lib. 1. de Republ. cap. 9. pag. 150.* his verbis: *Apud Gallos*

los Vaſallum, cum idem eſt, qui ſubditus, arma, pileum, pallium CHIROTHECAS exuere, ac genibus flexis manus ſupplices in Principis aut Procuratoris ſui manus inſerere neceſſe habere, & ita fidem præſtare.

IV.

Verum & alia *Chirothecarum* detractio occurrit, quæ valde ignominioſa eſt: Quemadmodum enim olim calceorum honor magni æſtimabatur, ita eoſdem ignominiosè quibuſdam detractos fuiſſe, nullum eſt dubium. Nam cum diſcalceatum eſſe captivitatis ſerviliſque conditionis argumentum; id etiam ex conſequenti certam in aliquibus ignominiæ notam præ ſe tulit. Unde apud Romanos militibus, cum exauctorarentur, ut militiæ & honore indigni inter cætera *calcei* ſolebant detrahi. vid. Marcell. Donat.

dilucid.

dilucid. in Sueton. *pag. m. 447.* Faber *lib. 1. Semeſtr. cap. 17. Brodæ. lib. 8. cap. 16. Bynæ. de calc. pag. m. 228.* Hinc *Tertullianus l. de cor. mil. cap. 1.* militem exauctoratum deſcribens: *Speculatoriam*, inquit, *moroſiſſimam* pedibus abſolvit. Id eſt *caligam militarem* depoſuit. Idem etiam aliquando apud *Anglos* obſervatum teſtatur *Valſingamus in Eduard. 2.* ubi ſic: *Andreas Herclè, transfuga Anglus, antequam ſuſpenderetur, degradatus eſt, ſecuri amputatis ei ad talos calcaribus, mox diſcinctus balteo militari, & ablatis calceis & CHIROTHECIS, mox tractus & ſuſpenſus & in quatuor partes diviſus.* Ex quibus ſane patet, detractionem *Chirothecarum* valde ignominioſam fuiſſe.

CAP. XIV.

CAPUT XIV.

De *Chirothecis in inveſtitura Imperatoris Regum & Epiſcoporum uſitatis.*

I.

INveſtitura, uti quidam volunt, à veſtimento & veſtitura dicitur, vel inveſtimento, qua dictione uſus eſt *Livius lib. 4.* Alii barbaricum nomen eſſe volunt, tum barbaricam quoque notationem habere. Itaque in legibus Barbaricis Veſtitura & Veſtitus ſæpe legitur pro poſſeſſione & poſſeſſus, ut *Leg. Franc. lib. 4. cap. 4. & 21.* Hincque in Franco-Gallia *Veſt* & *Deveſt* ficta vocabula, & *veſten* apud *Germanos* pro *confirmare & ſtabilire.* Dicitur autem propriè *inveſtitura* (inquit *Feudiſta* *lib.*

lib. 1. tit. 2.) poſſeſſio, abuſivo autem modo dicitur, quando haſta, vel aliud corporeum traditur à Domino, i. e. ceſſio feudi, quæ fit à Domino porrecta haſta, aut vexillo, aut qua alia re coram paribus curiæ vel aliis teſtibus.

II.

Quemadmodum enim Romani juris inſtituta, nullæ alienationes ſolà conventione fiebant, ſed vel ſolenni mancipatione: vel naturali traditione: nihilominus tamen, ut iidem certam verborum formulam firmandi & ſtabiliendi cauſa inſuper adhibebant. Sic *Longobardi* ritum aliquem *vexilli*, *gladii* præter conventionem adhibent, præcipuè autem haſtæ: cujus inſtituti originem quidam ad illud *Juſtini lib. 43.* referunt. Per ea tempora, inquit, Reges haſtas pro diademate habebant,

bant, quas Græci σκῆπτρα dixêre, nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtas coluere: ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris haſtæ adduntur. vid. *Vincent. Chartar. tract. de imaginibus. edit. Mogunt. Nicol. Biſſi annotat. in Claud. de rapt. Proſerpin. fol. m. 252. edit. Milan. Martin de Roa Singul. tom. 1. pag. 122.* tum ad illud *Dionyſ. Halicarnaſſ. Livii Appiani* & *Taciti*, ubi teſtantur, populi Romani inſtitutum hoc fuiſſe, ut Regibus appellatis Senatus *auream coronam, auream pateram, ſellam eburneam, ſcipionem eburneum, togam pictam & palmatam tunicam* mitteret.

III.

Quemadmodum autem varia feudorum genera erant, ita etiam

varii

varii infeudationis ritus fuerunt. Nam alia in Imperatoribus deſignandis, alia in Regibus, alia in Epiſcopis, alia in Ducibus Comitibus, alia itidem in minoribus Vaſallis adhiberi inſignia ſolebant. Imperatori Germanico primum gladius accingitur, tum armillæ humeri imponuntur, poſt ſceptrum in manus datur, ad extremum capiti coronæ imponitur, quemadmodum *Johann. Trithemius* in *Othon. I. hiſtor. cap. 6. Chron.* memorat. Plura qui de his deſiderat, ille evolvat *Limnæum de Jure publ. lib. 2. cap. IV.* Verum etiam CHIROTHECÆ PURPUREÆ margaritis lapilliſque exornatæ *Imperatoriæ dignitatis* inter Symbola recenſentur apud *Pachymerem hiſtor. lib. 7. cap. 12.* conf. *Carol. du Freſne Gloſſar. fol. m. 966. edit. Francof.* Vid. *Selden. de Titul. Honor.*

IV. Quod

IV.

Quod ad Reges attinet, non dubitamus, quin in inveſtitura illorum *Chirothecæ* adhibitæ fuerint. Nam ex antiquo *MSto Chron. Bertrandi Gneſclini* refert *Carol. du Freſne in Gloſſar.* hæc verba : *Chirothecæ de guerra*, ferreæ, noſtris *Gantelets de fer* in Statutis ſecundis *Roberti. I. Regis Scotiæ. cap. 27. §. 1.* mentio fit:

Et riche bacinet li ſiſt-on apporter
Gans à broches de fer qui ſont au redouter.

Guigne villa :

Des gantelez auſſi te di
Que boin eſt que ſoies muni
Car ſe és mains blechies eſtoies
Du remanant mult peu feroies.

Similiter ritum hunc in inauguratione Regum olim, uti etiam nunc, de *Chirothecis*, uſitatum fuiſſe ex hiſtoriis conſtat. Ut modo unicum è

multis

multis proferamus teſtimonium, illud à *Sleidano lib. 19. Comm.* allatum probationis loco ſufficiet; Ubi in inauguratione *Regis Galliarum* præter alia ſolennia etiam hoc ponitur ab illo, quod *Rex novus veſtibus novis induatur, & in utriusque manus palmam inungatur: manus deinde componat ad pectus & CHIROTHECIS induat conſecratis, uti vocant.*

V.

Non ſolùm *Chirothecæ* in inveſtitura Politica, ſed etiam Eccleſiaſtica uſurpantur. Nam ex *Krantz. lib. 4. Metrop. Rittershuſius de jure Aſylorum cap. 3.* indicat, quod etiam in Inveſtitura *Epiſcopatus Chirothecæ* adhibitæ fuerint, quibus in Sacris Liturgiis & ceremoniis utantur. Quarum etiam uſum *Abbatibus* interdum conceſſere Pontifices *Leo Oſt. lib. 2. Chron. Caſin. cap. 82.* teſtatur: *Idem*

Sanctus

Sanctus Pontifex, inquit, *Sandaliorum uſum & dalmaticæ ac CHIROTHECARUM in præcipuis feſtivitatibus tàm illi, quàm omnibus in hoc Cœnobio regulariter promovendis Apoſtolica authoritate conceſſit.* De *Chirothecis* Epiſcoporum videndi *Honor. Auguſtod. lib. 1. c. 215. & Durand. lib. 3. Ration. cap. 12.*

VI.

Chirothecarum igitur traditione Epiſcopos inveſtitos fuiſſe, teſtatur Theologus quidam nempe *Lanckiſch in libro ſuo Germanico* der Geiſtl. Mahlſchatz *pag. 630.* his verbis: Handſchuhe ſind ein Zeichen der Verlobung: Wie denn dahero einem Biſchoffe/ wenn er einer Kirchen vorgeſtellet und zu ſeinem Ampt beſtätiget wird/ ein Ring/ein Stab und ein Paar Handſchuhe gegeben werden. Der Stab ſoll

 bedeuten/

bedeuten/ er habe nunmehro Macht das Volck zu weiden / und deſſen Laſter zu ſtraffen: Der Ring / daß die Kirche/ die Braut Chriſti / ihm anvertrauet ſey. Die Handſchuhe aber / er ſolle ſein Ampt mit reinen Händen verrichten. vid. *Polydor. Virgil. de invent. rer. lib.4.p.7.p.355.* Confer. *B. Hildebrand. in diſſert. de Epiſcop.§.84. edit.Helmſt.*Pergit citatus *Lanckiſch.pag.631.* Und iſt noch Heute in monaſterio Biſertino im Brauche / wie *Sprechnerus à Berneck* in ſeiner unlängſt heraus gegebenen *Rhetia lib.7.pag.287.* bezeuget: Daß/ wenn daſelbſt ein neuer Amman erkohren / müſſe er von dem Apte officii exercendi jus erlangen/ und dem dargegen ein Paar weiſe Handſchuhe darreichen.

VII.

Multa etiam de hoc ritu habet

Carol.

Carol. du Freſne in Gloſſario ſuo fol. m. 966. 967. ubi ex multis Scriptorum teſtimoniis confirmat, *Chirothecarum* traditionem *inveſtituram* ſignificare. Cum igitur Autor in paucorum manibus, non ingratum Lectoribus erit, ſi teſtimonia, uti ille conſcripſit, in medium proferamus. *Chirotheca traditione inveſtire.* Charta Licmari Archi-Epiſcopi Bremenſ. an. 1088. inter Privilegia ejuſdem Eccleſiæ. pag. 168. *Super reliquias noſtras cum chirotheca ſicut mos eſt liberis Saxonibus, tradidit curtim ipſam & manſos 4. & dimidium. Aderat Comes Fredericus Advocatus Eccleſiæ, qui chirothecam traditionis ſacris reliquiis impoſitam, ut mos eſt, abſtulit, & ab ipſo Gerhardo per digitorum extenſionem promiſſionem confirmationis accepit.* Alia ibidem *pag. 169. Eckibertus Comes ex promiſſo F. Comitis, qui tunc erat Advo-*

 catus,

catus, CHIROTHECAM abſtulit, G. confirmationem digito, ut mos eſt Saxonibus, fecit. Tabular. Abbatiæ de Rota: *De omnibus gravaminibus & importunitatibus, quas in ea fecerat manifeſte ſatisfaciens, vadium ſuum dedit & poſuit cum ſua chirotheca in manu Abbatis* Tabularium Monaſterii Berardengenſ. in territorio Senenſi apud Chiffletium in Luminib. Salicis. c. 6. an. 1109. & 121. *Secundum noſtram legem Saligam per cultellum, fiſtucum nodatum, quantonem & quaſonem terræ, atque ramum arboris, legitimam & corporalem veſtituram facimus, & nos exinde foras expulimus.* Regeſtum Parlament. Pariſi. B. fol. 111. ſub ann. 1294. *Comes* Flandriæ per traditionem Chirothecæ in manu D. Regis humiliter poſuit poſſeſſionem bonarum villarum Flandriæ, videl. de Brugis, de Gandavo &c.

Voſtre

Voſtre terre, dit-il vous rend par ceſt miengant.

IIX.

Chirothecæ ſeu *Wanti* pars pretii inveſtituræ, quæ non tam Domino, quàm ejus miniſteriali competit. *Majori* ſcil. vel *villico*. Charta Theobaldi Epiſcopi Ambian. an. 1172. in Tabular. Eccleſ. Ambian. fol. 52. *Si aliquam Territorii partem venundari contigerit, Domini venditiones habebunt; ſcil. tot denarios, quot venditor inde habuerit ſolidos. Major verò terræ illius pro Wantis accipiet duos denarios*. Tabular. S. Dionyſii ann. 1238. *De inveſtituris habebunt Majores duos denarios Landunenſes pro ſuis chirothecis tantummodo.* Et quæ alia ſunt teſtimonia. Hinc colligimus, *Chirothecas* eſſe inveſtituræ ſignum. Videatur etiam *Hoff-*

mann. Lexicon univerſale fol. 435. Rittershuſ. de jure aſylor. cap. 3.

CAPUT XVI.

De

Chirothecis in conceſſionibus privilegiorum Doctoralium & immunitatum.

I.

COmmuniter Doctores vocamus, qui in celebri Academia, in cujus erectione, poteſtatis Eccleſiaſticæ, tum Politicæ auctoritas intervenit; Doctoratus gradu inſignitus eſt, & uſus obtinuit, ut à Facultate, in qua promoventur, nomen ſortiantur. Hinc dicitur hic renunciari Theologus, ille JCtus & ita de aliis.

II.

Olim quoque Comites quidam Palatini

Palatini facultatem habebant gradus conferendi, Prothonotarii Apoſtolici etiam, ac alii nonnulli, vigore bullarum certarum & reſcriptorum qui Doctores bullati & Codicillares hodiè vocantur. Cumque promiſcuè & abſque examine, imo & ſufficienti eruditione ad eum gradum promoverentur, reprobati ſunt à *Pio* V. ann. 1568. Docuit enim experientia, bullatos iſtos Doctores bullarum inſtar turgeſcere, nihilque ſolidæ eruditionis habere niſi in ſuis diplomatibus. De his ſermo nobis non eſt; ſed iis, qui prævio examine in Academia celebri Doctores ſunt creati.

III.

Ad creandum Doctorem varia requiruntur, nimirum quod Promotores jurati deponant eum ſufficientem, & quod examinetur; quodque

examinatio approbetur. Item quod biretum in ſignum ſplendoris capiti imponatur, & quod Cathêdra inveſtitura poſſeſſionis tradatur , & quod liber veluti materia conferatur, annulus tradatur & oſculum detur. videatur *Beſoldi Theſaur. Practic. fol. m. 193.*

III.

Ad Actum Doctoralem quoque requiritur, ut Promotori per *paranymphum* par CHIROTHECARUM, prævio latino ſermone, offeratur, ut in Academia Giſſenſi celebri. Imò quibuſdam in locis præſentibus Doctoribus & ſpectatoribus Chirothecæ dantur, uti moris eſt in Academia Jenenſi famigeratiſſima hoc modo: Tit. Maximè Reveren. Facultas Theologica ſibi multis modis gratulatur, quod Nobilis. Veſtra

Magnif.

Magnif. honorifico ſuo acceſſu, quantum huic ordini faveat, & quantum promovendos Doctores amet, teſtari voluit. Quo plures enim in felix promotionis auſpicium devota ſua vota ſunt collaturi, eò firmiorem in ſplendidiſſimo hoc negotio pollicentur proſperitatem. Ac proinde tenuitati meæ mandatum hoc eſt negotium, ut apud Nobil. Veſtr. Magn. nomine ſupra dictæ Facultatis declararem, fore ipſos univerſos & ſingulos una cum creatis Doctoribus ad omnia officia animique obſtrictiſſimi teſtimonia paratiſſimos. Cujus quidem rei, ut aliquod exhibeatur ſymbolum, munuſculum hoc (ſcil. Chirothecas) ſimul exhibere juſſerunt, decenter rogantes, &c.

IV.

Chirothecas etiam ſignum *immunitatis* eſſe, conſtat ex exemplo civitatis *Neomagi*, de qua Limnæus in jure publ. *lib. 1. c. 9. n. 57.* ita diſſerit: *Neomagum* eſt feudum & oppidum S. R. Imperii, cui ſicut & cæteris urbibus liberis, monetæ cudendæ jus eſt, unde nec appellatur iſthinc ad *Cancellariam Geldriæ*, ſed recta tenditur Aquisgranum, nec propterea tamen urbs Imperio manet obnoxia, niſi quod ſolenni quodam ritu, & velut in agnitionem immunitatis, mittat Aquisgrani quotannis, idque per certum hominem pipere plenam CHIROTHECAM, teſte *Guicciard. in deſcript. Belg. pag. 150.* confer. *Beſold. Theſaur. Practic. fol. m. 409.*

Caput XVII.

De

Chirothecis miraculoſis.

I.

Vidimus hactenus varia *chirothecarum* ſymbola, ex quibus benevolus Lector varia chirothecarum jura cognoſcere & varium illarum uſum perſpicere poteſt. Cum autem in hiſtoriis quoque Chirothecarum miraculoſarum mentio fiat; Itaque noſtrarum partium eſſe duximus, paucula quædam de his in medium proferre. Inter hæc miracula cenſemus CHIROTHECAM, cujus meminit *Zeiller Itin. magnæ Britanniæ pag. 246.* cujus enarratio hæc eſt: Jn der Stadt Dürheim / auſſer der Biſchofflichen Kirchen / ſtracks bey der Thür / lieget einer Namens

Padulet, begraben/ ſo einen Handſchuch gehabt haben ſolle / in welchen / wenn er griffen/ ſo viel Gelds/ als er bedörfft/ heraus gezogen/ davon er die Kirche habe bauen laſſen. Er ſey auff dem Grab mit ſeinem Handſchuch in der Lincken Handt / und ſeinem Geiſt zwiſchen den Fäuſten zu ſehen.

II.

Refert etiam *Cranzius in Wandal. lib. 3.* de *Evermodo* Epiſcopo Ratzenburgenſi, quod *chirothecæ* ſuæ in aëre ſuſpenſæ conſpectui populi datæ fuerint. Inde *Lanckiſchius pag. 631.* Denn als er etwas in ſeinem Ambte mit bloſen Händen zu verrichen gehabt / und er vor groſſer Andacht nicht behalten / wohin er ſeine Handſchuhe geleget / ſo ſeyen ſie hernach in der Lufft ohne einige hülffe (ſine omni adminiculo) hangend

hangend gefunden worden / dadurch den Leuten eine Verwunderung eingejagt / und ſie in ihrem Glauben beſtätiget worden. *Laurent. Bayerling. lib. 4. pag. 366. Theatr. Magn.* Sed fides ſit penes autorem.

Caput XIIX.

De Chirothecarum abuſu in vita quotidiana.

I.

QUamvis chirothecarum uſus maximus ſit, uti in præcedentibus dictum; attamen nemo negabit, harum etiam abuſum eſſe, præprimis ſi homines à ſcopo illarum & fine aberrent. Abutuntur Chirothecis & viri & mulieres. Nam chirothecæ in hunc finem inventæ,

ut manus contra omnes adverſitates muniant, uti cap. 3. probavimus. Peccant igitur omnes, qui luxum quærunt in chirothecis, quemadmodum hodie in viris & mulieribus conſpicimus. Ut igitur ordine procedamus, *abuſus chirothecarum* virorum perluſtrabimus, & deinde ad mulierum chirothecas nos conferemus.

II.

Quod ad virorum *chirothecas* hodienum attinet, tunc magnum abuſum deprehendimus in illis, quando ob nimium luxum unguenta olent. Notum quidem nobis eſt, quod veteres unguenta maximi æſtimârint. Tantus enim hac in re luxus, ut unguenta etiam pretioſiſſima, quaſi nihili eſſent, ſine modo profunderentur. Quis ignorat, quod apud *Athenæum lib. 15.* mentio

tio fiat unguentorum cuivis membro deſtinatorum, & ſingulis membris corporis, ſingula & peculiaria unguenta accommodarint; ut Ægyptio unguento pedes & crura: Phænicino maxillas & mammas: Siſymbrio, alterum brachium: Amaricino, cilia & cæſariem. Serpillino genua & collum perungi ſoliti fuerint. Imò eò dementiæ prolapſi homines ſunt, ut etiam *vias unguentis conſperſerint*, uti *Antiochus Rex Syriæ* in pompa, quam in honore *Daphnes* inſtruxit, fieri curavit apud *Athenæ. lib.5. c.4.* Quid dicamus de *pavimentis*, *Tricliniis* unguentis delibutis? Sane horum teſtimonia multa collegerunt *Guilielm. Stuck. in antiquit. convival.* & *Martin. de Roa. Singul. lib.3.* ubi lectu digna reperiuntur. Hoc tamen addimus, quod etiam veſtes unguentis ſparſæ

fuerint

fuerint. Res nota eſt ex Sacris, Pontificis Hebræorum veſtes unguento conſperſas. vid. cl. *Braun. de veſtitu Sacerdot. Hebr. Sigon. & annot.* Sic de veſtibus *Eſavi Geneſ. XXVII.* legimus, veſtes valdè bonas & deſiderabiles, unguentis illitas ex aromatibus variis confectis fuiſſe, vid. *Martin. de Roa. Singul. lib. 3. pag. 243.*

III.

Quis non intelligit luxum hunc immanem & contra rectæ rationis uſum introductum? Quare etiam ſaniores Ethnici legibus prohibuerunt, ut luxus unguentorum abrogetur, nam hic maximum detrimentum Reipubl. infert, effæminatos reddit viros, quia tantum *Venus* placatur unguentis odoratis, uti Seplaſiarii *Capuæ* Hannibalis exercitum effæminarunt. Cum itaque unguenta, quæ luxui ſerviunt, è medio

ſunt

ſunt tollenda; bene apud *Plutarchum* in *Laconicis Lycurgus* expulit urbe unguentum tanquam olei perniciem. Unguentarios *Lacedæmonii* urbe expulerunt, quia oleum diſperderent. *Athenæ. lib. 4.* ſcribit, *Solonem* prohibuiſſe *Athenis* unguenta vendi. *Plinius. c.3.* Certum eſt, Antiocho Rege Aſiaque devictis, urbis ann. 565. *Publicum Licinium Craſſum*, *Julium Cæſarum* Cenſores edixiſſe, ne quis unguenta venderet exotica.

IV.

Utinam Chriſtianorum Principes veſtigia laudabilia Gentilium premerent, & è Republica tollerent omnia iſta, quæ detrimentum afferre poſſunt. Inter quæ non minimum eſt unguentorum abuſus immoderatus, quæ non adhibentur ad conſervandam valetudinem ſed ſuper-

perbiam & luxum demonſtrandum. Nonne quoque hodie illud viget, de quo conqueſtus eſt *Clemens Alexandrin. lib. 2. pædagog. c. 6.* de fæminis loquens : *Atque eæ quidem*, inquit, *& ſua veſtimenta, & veſtes ſtragulas, veſteſque ſuas ſuffumigant, atque ipſas propemodum matulas olere cogunt unguenti delitiæ.* Nonne hodiè & illud in uſu, quod *Plin. lib. 10. cap. 3.* docuit : veſtigia pedum ac ſoleas unguentis à viris fæminiſque oblitas fuiſſe ? Nonne juvenes ſuperbi *Chirothecis* utuntur unguentis delibutis, quod etiam Gentiles ægre tulerunt in illis. Audiamus Poëtas : Ovid.

Sint procul à nobis juvenes ut fæmina comti.

Et alius. *Odi juvenem unguenta ſemper olentem.*

Quare *Lucium Plotium* L. *Planci* bis Conſulis Cenſorisve fratrem proſcri-

ſcriptum à triumviris, in Salernitana latebra unguenti odore ſummo cum dedecore proditum hiſtoriæ referunt. Sic *Veſpaſianus* adoleſcentulum fragrantem unguento, cum ſibi pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, voce etiam graviſſima increpuit, *Maluiſſem allium oboluiſſes*, literaſque revocavit. Quod teſtatum reliquit *Sueton. in illo cap. 8.*

V.

Magnus quoque *chirothecarum* abuſus conſpicitur, quando illæ auro & argento, imo gemmis exornantur, ut alii inde divitias conjecturent. Sanè antiquiora ſi perluſtramus, liberè fatemur, quod *Chirothecæ* inventæ fuerint, ut his manus noſtras tegamus & contra adverſitates imminentes defendamus, læſiones repellamus & quæ alia ſunt; Ita

ſapi-

ſapiens & prudens judicet, an *Chirothecæ* gemmis, auro & argento comtæ in hunc finem geſtentur? Nullus, cui ſana mens in corpore ſano, his calculum album adjiciet; Quare hæ *Chirothecæ* pretioſæ merito è Republica bene conſtituta relegantur, quia plus detrimenti, quàm commodi ſunt.

VI.

Non ſolum Juvenes & viri, ſed etiam Virgines & fæminæ in hoc paſſu graviter peccant. Hæ enim valde abutuntur *Chirothecis*; quippe non ad legitimum uſum adhibent. Utebantur olim *chirothecis* virgines, ne manus à radiis Solis obfuſcentur. Verum hodie vix Solis calorem repellent, quoniam *teſſellatæ* & perforatæ, nec illi obicem ponere poſſunt. Sie tragen / ſcribit quidam Theologus,

logus, von Haaren oder Seiden künſtlich zuſammen gefügte Handſchue/ welche weder für die Kälte noch Wärme dienen. Deinde ſi quæ ſint, quæ ex corio geſtent *Chirothecas*, illas unguentis ungunt, imò manus purgant & tergunt unguentis, cum ſunt virgines. Sed audiant iſtæ D. *Chryſoſtom.* in *1. Epiſt. ad Timoth. hom. 2.* qui ab Arabiæ odoribus ſequiorem ſexum avocabat his verbis: *Quid memorem*, inquit, *pretioſiorum aromatum, quæque ex India, & quæ ex Arabia, & quæ ex Perſide convehuntur? Arida ſimul, & liquida unguentorum, atque odorum nimis delicatum uſum; quæ omnia ſumptum afferunt inutilem prorſus atque ſuperfluum? Quid unguentis, ô mulier, corpus ungis, quod intrinſecus immunditia plenum eſt?*

VII. Nec

VII.

Nec animadverſione intactum eſſe volumus abuſum illum *Chirothecarum*, quem virgines & mulieres ſuperbæ uſurpant, quo quædam vaginulam iſtam digiti, quem annulis ornarunt, ſcindunt, ut ceteri homines iſtos aſpicere poſſint. **Sie ſchneiden ein Löchlein darein/ damit der Ring ſeinen Schein von ſich geben/ und die andern ſich darüber verwundern mögen.** Nonne hæ virgines & mulieres *Chirothecis* abutuntur, quæ in eum finem conſutæ, ne manus detrimentum aliquod capiant nec maculentur. Nec illæ ſicco ſilentii pede tranſeundæ, quæ nimium faſtum in Chirothecis exercent, auro & gemmis exornant, opes conſumunt. Et hæc ſufficiant, cum experientia luxum ſatis ante oculos ponat.

CAPUT

CAPUT XIX.

De
Chirothecarum abuſu in probationibus.

I.

MEmorabilia ſunt, quæ de Ordaliis veterum prodita ſunt: *Ordalium*, *Urtella*, *Ardalium* ſive judicium Dei, Ordel / Gades Ordel / Gottes Urtheil. Eſt commune nomen omnibus probationibus apud Celtas, & poſtea apud alios originem ſuam ducentes populos & nationes, Invectaque eſt illa conſvetudo poſtea per Germanos, Longobardos, Gothos, Anglos &c. De voce Ordalii vid. *not. in Saxon. Grammat. Stephan. Johan. Stephan. fol. m. 20. Paul. Hachenberg. diſſertat. de Germ. media. Ola. Worm. Danic.* *monu-*

monument. lib. 1. c. 11. ubi vocem Ordalii ſtrictius accipit, ut de igne & aqua tantum intelligatur, quamvis ipſe *pag. 77.* hæc addat: Capitur vox *Ordalii* quandoque tam latè, ut quatuor probationum genera ſub ſe comprehendat, quorum primum eſt illud quod *duello* perficitur, ſecundum quod ferro ignito, tertium quod *aqua fervente*, quartum quod aqua *frigida.* Sed ſub voce *Ordalii* recte putamus intelligi apud Veteres tria illa probandi genera per *Duellum*, per *ignem* & *aquam.*

II.

Cl. *Rittershuſius in partit. Jur. Feudal. lib. 2. cap. 10. pag. m. 588. edit. Argentor.* 1659. aſſerit, quod explorationis ſive violentæ & quaſi per tormenta expreſſæ probationis genera fere ſex enumerari poſſint. (1.) per flammam. (2.) per crucem. (3.) per

per ferrum candens, puta vomeres ignitos aut CHIROTHECAS FERREAS CANDENTES. (4.) per aquam ferventem vel etiam gelidam. (5.) per ſortes. (6.) per corpus & ſanguinem Domini ſive ſacram hoſtiam. Nobis jam res erit de probatione per *Chirothecas ferreas candentes* & hoc modo exercebatur, teſte *Hachenbergio in diſſert. med. German.* vid. D. *Schottel. de jurib. antiq. German. pag. 547.* Man muſte eine zweiffelhaffte irrige Sache beweiſen/ oder wegen einer beſchuldigten Ubelthat ſeine Unſchuld öffentlich bezeugen / entweder durchs Feuer / nemlich daß man ein glüendes Eiſen in bloſer Hand muſte tragen/ oder glüende Eiſerne Handſchuch anziehen.

III.

Colligimus hinc, *Chirothecas candentes* ſignum probationis fuiſſe eorum, qui criminis alicujus accuſabantur, & tamen res adhuc ambigua erat. Hîc ad eliciendam veritatem *Chirothecæ ferreæ candentes* adhibebantur. Priuſquam autem ad rem accederetur, offerre ſolebant accuſatos Sacerdoti. Is enim conceptis verbis formulas precum præibat, quibus vel ferrum vel aquam conſecrabat, divino numine adorato, ut ſervaret innocentes, malè autem perderet nocentes. Quas formulas precum & devotiones ſane horrendas recitat *Joan. Aventin. lib. 4. Annal. Bavar.* & ex eo *Hottom. cap. 44.* De forma *Ordalii* celebrandi *in legib. Æthelſtani Regis* refert *Spelman. in Concil. Decret. Anglic.*

pag.

pag. 404. quod nulli, niſi Sacerdoti, hoc conceſſum fuerit.

IV.

Calculum addit album D. *Schottel. cap. 28. §. 23. de jur. antiq. Germ.* his verbis: Wenn die Richter erwehnten Beweiß zugelaſſen/ hat man darbey ſonderbahre Ceremonien gebraucht/ und die Prieſter zuvoderſt das Eiſen (Eiſern Handſchuch) geſeegnet und beſchwohren / daß hiemit GOtt des Beklagten Schuld oder Unſchuld an Tag wolle kommen laſſen. Facta hac conſecratione accuſatus CHIROTHECAS FERREAS induere tenebatur. Si manus itaque illæſa extraheretur, abſolvebatur & innocens judicabatur; Sin vero læſa, pœna afficiebatur, & reus judicabatur.

V.

Referunt etiam hiſtoriæ, quod hoc medio multorum innocentia in lucem edita fuerit. Imò quidam ad veram religionem converſi, uti Rex Daniæ, de quo *Olaus Worm. in monument. Dan. lib. 1. c. 11. Saxo Grammat. lib. 10. fol. m. 189.* cujus verba hæc ſunt: *Poppo ingenio & Sanctitate conſpicuus, Danorum concione publicè apud portum, cui glaciei frequentia agnomen peperit, habitâ, cum eos, ne fana excolere vellent, ſermone flectere nequiret, evidenti indicio certiſſimum aſſertionis ſuæ argumentum præbuit, doctrinæque fidem conſpicuo Sanctitatis miraculo publicavit. Percontatus enim, an monitis ſuis obſecuturi eſſent, ſi ad flagrantis ferri tactum manum ejus læſione vacuam conſpexiſſent: univerſis haut dubiè parendum reſpondentibus, candentem,*

dentem ferri laminam CHIROTHECÆ formam habentem afferri juſſit, eique brachium cubito tenus inſeruit ac protinus per omnes interritè circumlatam ante Principis pedes excuſſit, dextramque nulla ex parte corruptam in eodem incolumitatis colorisque habitu religioſæ omnium admirationi conſpiciendam præbuit. Verùm annon abuſus abominabilis fuerit, cordati Theologi & Juriſconſulti judicent.

CAPUT XX.

De Chirothecarum abuſu in ſuſcipiendo duello.

I.

SAxones imprimis ut & *Suevi* & *Franci* veteres duellandi conſuetudinem ſuo quodam modo ad ſe

pertinere, gloriantur, atque quo ordine, quibus de cauſis, cum quibus, quo armorum genere, duella ſuſcipi debeant, in *Speculo Saxon. lib. 1. artic. 63.* peculiariter ſanxerunt. Nimis prolixi eſſemus, ſi verba ipſa adducere vellemus. Plura itaque legi poſſunt in *Speculo Saxon. lib. 1. art. 91.* In *Weichbildis art. 35. In Speculo Suevico cap. 70, 71, 72, 73.* Quædam etiam tetigit *nobiliſſ. & celebr. Dattius lib. 1. cap. 1. fol. m. 3.* confer. *Rittershuſ. lib. 2. de partit. feud. pag. 582. edit. Argentorat.* Duellum hoc Latine *in Legibus antiquis*, frequentiſſimè vocatur Judicium Dei, item *Campus*, & ipſi pugnantes *Campiones.* vid. *Rittershuſ. lib. 2. cap. 10. pag. m. 579. edit. Argent.* Apud Teutones antiquos Monomachia hæc appellata fuit Wehrding. Wehrding autem teſte *Schottel. cap. XXIIX. pag. 530.* eſt

eſt defenſio per duellum legitima, ubi ſubjectum ſeu primaria & ultima vocis pars reſpicienda, quæ eſt Ding / id eſt, judicium aliquod nobis competens, ſeu legitime competens jus, unſer Recht/ rechtmäſſige Befügnis: Adjunctum, ſeu prima pars vocis eſt Wehr / defenſio armata; Clare ergo hæc vox Wehrding legitimi noſtri juris defenſionem armatam ſignificat, quaſi dicas, judicii defenſionem per arma, ſich rechtmäſſig beſchützen durch Gewehr.

II.

Adhibitum autem duellum olim in omnibus cauſis fuit, in quibus veritas per alia rerum documenta erui non poſſe videbatur. In *homicidio* purgando. *Lex Angl. tit. 1. §. 1, 2, 3.* In *adulterii ſuſpicione* amolienda. *Lex Longobard. lib. 1. Tit. XXXII. c. 3.*

In *furto.* *Lex Bojor. Tit. 8. §. 3.* & aliis plurimis criminibus, quorum teſtimonia & exempla adducta legi poſſunt apud D. *Schottel. tr. de juribus antiq. German. à pag. 537. uſque 542.* confer. *Rittershuſ. lib. 2. cap. X. pag. m. 581.* qui ita: De omnibus cauſis tam publicis, quam privatis, tàm Eccleſiaſticis, quàm Laicorum litibus, tàm capitalibus, quàm pecuniariis, ſive tàm criminalibus, quàm civilibus licebat jure Longobardorum duello adverſarium provocare, ut docet *Hotom. in d. c. ult. poſt Bernhard. Saccum. d. lib. 9. c. 9.* nbi in tres cauſas hæc omnia partitur. Primum pro ſalute & fama. Secundo pro rebus & bonis. Tertio pro fama tantum, eaque vel propria vel aliena. videatur pluribus *Rittershuſius* loc. cit.

III. Ve-

III.

Verùm hîc meritò dubitatur, an *Duellum* ob has cauſas ſit licitum? Ut ut autem concedatur duelli uſus belli tempore & ad lites publicas dirimendas atque componendas, majoris malorum acerbitatis propulſandæ cauſa: tamen aliis de cauſis ſuſcepta minime probatur. Talis etiam illa χειροκρατία, ſive lex manuaria (qua id æquius quod validius *Tacit. 15. Annal. cap. 1.*) quam in *Dania Frotho III.* Rex olim tulit, ut omnes controverſiæ duello definirentur, ſpecioſius viribus, quàm verbis confligandum exiſtimans. *Saxo Grammat. lib. 5. Hiſtor. Dan. fol. m. 77.* id quod adhuc in *Moſcovia* uſitatum eſſe, refert *Bodin. lib. 4. de Republ. cap. ult.* Sic in *Anglia* inter rationes, quibus liti colophon imponitur, etiam duellum receptum re-

fert *Thomas Smithus*. 2. *de Republ. Anglic. cap*. 6. *&* 8. Et *Longobardi*, quotieſcunque deeſſet probatio Judici per duellum fidem faciebant. *Alciat. lib. de Duell. c*. 4 Quæ certe probandi ratio iniquiſſima, cum fieri facile poſſit, ut vincatur is, cujus cauſa juſtiſſima eſt.

IV.

Peccant igitur omnes, qui propter regiarum & nobilium puellarum nuptias, duellum, ſicut apud *Gregorium lib*. 7. *c*. 12. quidam amoris fortunam armis permittunt. Cujus rei multa exempla apud *Albertum Crantz. lib*. 2. *Dan. c*. 4. *&* 22. *Olaum lib*. 4. *c*. 5. *Saxon. lib*. 6. *&* 7. Aberrant etiam illi, qui affectis injuria, redimendi honoris gratia ſingulare certamen concedunt; cum famæ potius, quam vitæ ratio ſit habenda. Quaſi verò injuria ab altero affectus, eo ipſo

ipſo honoris quoque ſui jacturam faciat, quaſi læſus honor hoc belui-no congreſſu reparari queat: quaſi non & honor & conſcientia hoc pacto graviſſime lædatur: *Piccolom. grad. 8. c. 33.* Quare juſtè Principes hoc jus abrogarunt, uti pluribus oſtendit cl. *Rittershuſius lib. 2. cap. X. pag. m. 585. edit. Argent. partit. feudal. Schottel. pag. 543. 544.*

V.

Inter modos, quos multos adduxit cit. *Rittershuſius pag. 582.* erat quoque ille, ut uterque pugnatorum daret pignus, Provocator quidem prius; laceſſitus autem poſterius. Et plerumque pignus illud erat CHIROTHECA, quo tanquam ſymbolo non ſolùm fidem mutuam adſtringebant, ſed etiam de ſumptibus in eam rem factis victori reſtituendis ex bonis victi cavebant.

Odioſa hîc erat teſſera; cum miſſitarent, *provocans* & provocatus ad duellum, *Chirothecas*, teſtaturi, ſe accipere certamen. Hoc notandum (ſcribit *Zimmermannus*, menſe 1. *Analect. Miſc. menſtr. pag. 56.*) duello pugnaturos pignus dare; provocatorem quidem prius, laceſſitum autem poſterius; & quidem CHIROTHECAM. Unde *porrigere Chirothecam*, den Handſchuch zuwerffen dicebatur, qui hanc humi projiciebat, eoque facto ad duellum quemvis provocabat, quo à crimine, quo accuſabatur, ſeſe expurgaret. *Matth. Paris. an. 1245.* Quod licet Comes inſtanter inficiaretur, ſtatim Miles ſupradictus more Francorum CHIROTHECAM ſuam ei porrexit, ſe offerens in propatulo coram Curia id corporaliter ſecundum conſiderationem Curiæ regalis

lis probaturum ----- quam *Chirothecam* quaſi duelli vadium oſtenſam Comes recepit, ſpondens ſe defendendo dimicaturum contra ipſum. plura qui vult, evolvat Caroli du Freſne Gloſſar. in voce *duellum.* conf. *Salden. Otia Theolog. lib.* 1. *pag. m.* 121. *ſequ.*

CAPUT XXI.

De

Chirothecarum abuſu in perſecutione & bello.

I.

NEgandum non eſt, quod in perſecutionibus Chriſtiani exquiſitiſſimis tormentis cruciati fuerint, de quibus B. *Sagittarius Profeſſor Hiſtoriarum quondam Jenenſis celeberrimus, Præceptor meus, poſt fata etiam colendus, in tract. de Cruciatibus Mar-*

tyrum, ubi de inſtrumentis, quibus Tyranni Chriſtianos lacerarunt, fuſe agitur. Et inter hæc quoque referri poteſt CHIROTHECA FERREA. Inter ſuppliciorum tormenta erat etiam apud veteres genus *Chirothecarum ferrearum*, quod acutis uncis præfixum erat, quibus lacerabant corpora miſerorum. Hujus meminit ſæpe *Prudentius*, ſicut & aliorum ad Chriſtianas Antiquitates facientiem infinitorum *Philippus Caroli in Bibliothec. Romana Manuſcripta pag. 110*. Intelligimus hinc *Chirothecam ferream* acutis uncis præditam inſtrumentum fuiſſe, quo Tyranni Chriſtianos torquerent.

II.

Chirothecis interdum abutuntur milites, qui à Ducibus mittuntur, ut colligant milites. Hi ſanè ſæpe inſidias ſtruunt aliis, quos capere conantur,

nantur, varias. Mox pecuniam projiciunt, mox cantharo immittunt, & potum præbent, quo cogant eos, ut nomina dent militiæ: mox *chirothecas* menſæ imponunt, quarum tactu putant alios obligatos eſſe ipſis. Hic ſane abuſus magnus *chirothecarum* & refert *Matthias Abele. part. 2. caſ. 12.* **Daß ein Bauer / ſo eines Soldaten Handſchuch angeleget / ihme deßwegen vier Ducaten habe geben müſſen.** Unde autem milites jus hoc probare velint, nulla dari poteſt ratio.

CAPUT XXII.

De *Chirothecarum abuſu in occidendis hominibus.*

I.

CUm varii modi hodie reperiantur, quibus peſſimi hominum aliis

aliis mortem inferunt, non immerito hic quærimus: An etiam *Chirothecarum* ſubſidio homines necari poſſint? Non loquimur hîc de *Chirotheca* pura, ſed quæ veneno infecta. Et ſi hiſtoriarum monumenta evolvamus, conſtat, plurimos veneno è medio ſublatos fuiſſe, & quidem arte callida. Hinc Medici ſuadent, ut Princeps ad manus quoddam ſemper pomum ex variis Medicamentis confectum habeat, quod contra veneni cruciatus validum erit. In *Italia* non infrequens, Magnates ad menſam accumbentes, unicornis cornu, metu venenorum præmunire, quod illis admotum, multo ſudore manare & inſidias prodere dicitur.

II.

Monent etiam, ut in perlegendis literis & oblatis ſcriptis, circumſpectus

ſpectus ſit Princeps, cum hodiè malitia hominum præparare arenam veneno temperatam, & atramentum veneno coctum, oculos, mentem & cerebrum Lectoris turbando, lentè & artificiosè in eum ſævire poteſt. Quapropter non niſi abſterſa diligenter omni arena & vitro oculario inſtructum ad lectionem literarum accedere debere, jubent Politici. Meminit *Zeiller. cent. 1. Epiſt. pag. 133.* Daß Thomas Overbery ein Ritter Anno 1613. in Engelſandt durch ein vergifft Clyſtier/ darvon er 90. blutige Stulgäng bekommen/ hingerichtet worden.

III.

Neque reticendus eſt occultus modus enecandi per Oblationem CHIROTHECARUM ab *Italis* excogitatus. Uxor enim *Creſcentii* COS. ab *Othone* III. Imp. ſuſpenſi,

quæ

quæ forma eximia cunctas Italiæ mulieres ſuperaverat, & ſpe regnandi Imperatorem ad amorem ſui pellexerat, ubi reditum in Germaniam maturantem vidit, CHIROTHECIS miro ingenio affabrè factis venenum inſuiſſe fertur, & Cæſari muneris loco dediſſe; quo paulatim intoxicatus ac conſumtus interiit, anno Imperii XIX. ejuſque corpus Germani cum inſignibus per Galliam in Germaniam detulerunt, armis viam ſibi parantes *Aquisgranum* uſque, ubi Imperiali pompa honorificentiſſimè ſepultum eſt, referente *Cuſpin.* & *Caſpar. Peucero lib. 4. Chron. pag. 600.* conf. *Beſold. Theſaur. practic. fol. m. 322.* Tale exemplum inſidioſæ necis eſt etiam apud *Emanuel. Metteranum. lib. 4. c. 2. p. 125.* (retinemus verba & vernaculam): Die Königin von Navarra / wel-

che

che des Königes Franciſci des erſten Schweſter Tochter war / und zu Paris / in dem ſie alle zu des Königes Caroli IX. Schweſter und des Printzen von Navarra Hochzeit dienliche Sachen zurüſtete / ſtarb mit einem vergifften paar Handſchuch / durch einen Italiäner / wie man argwohnete / zugerichtet. Et hic modus hodienum uſitatiſſimus tollendi homines. Hæc igitur ſunt quæ tibi, benevole Lector, de Chirothecarum uſu & abuſu relinquere voluimus. Utere his feliciter & nobiſcum DEO gratias age, cui ſit laus & gloria in ſecula ſeculorum.

INDEX.

A.

ABuſus chirothecarum 109
in perſecutione 133
in occidendis hominibus 135
in duello 125
Anaxarides 78
Annulus hæreditatis ſignum 70.71.72.73.74
Arabes Chirothecas vocant נעלה pag. 5.

C.

CArnifices chirothecas dant 55
Cataphracti qui 9
Ceſſionis ſignum chirotheca 60
Chirothecarum Etymologia 3
uſus apud ruſticos 4.15
aucupum 5.16
nomina apud Orient. 3.4
Græcos 5
Chirotheca ſine cellulis 9
ſignum condendæ urbis 50.35

Chiro-

Chirotheca & crux quale ſignum 38
homagii ſignum 53
loco annuli 75
pacis ſymbolum 82
Chiridota quid 77
Chymiſtarum pœna. 49. 50
Civitas quæ. 30
Compoſitio nominis Chiroth. 5. 6.
Contractus fit chirotheca. 60
Contractus ſolennia. 61

D.

DEfinitio chirothecarum 8
Detractio cherothec. 57
judicum. 86. 87
ignominioſa. 89. 90
Dextra pignus fidei. 81
Doctores qui. 102
Doctorum chirothec. 103

E.

Epiſcoporum chirothec. 97 98

F.

FErrea chirotheca. 83. 84
Ferreæ chiroth. candentes probationis ſignum. 121. 122. 123
Formæ chirothec. 9
Formulæ hæred. inſtituendi. 70

Fra

Francofurtenſium nundinæ. 20

G.

G*Emmæ improbantur.* 115
Gravitatis pœna ſymbol. 83

H.

Handſchuch. 7
Hæreditatis ſignum. 69
Homagium quid. 51
quotuplex. 52
Homagii ritus. 53
Humilitatis ſignum quid? 88

I.

I*Mmunitatis ſignum Chirotheca.* 106
Indorum Chirothec. 8
Inveſtitura quid? 91
Inveſtituræ ritus. 92
Judices detractis chirothecis ſedent. 87
Jus conſtituendi nundin. 23.25
Juris civitatis qui particeps 40

M.

M*Anus lignea cruci appoſita* 41
Manus nuda inhoneſta 77
intra manicas 78
implicata 80
Materia Chirothec. 7
Meſſe *unde.* 20.21

Miraculoſæ chirothecæ 107. 108
Monetæ cudendæ ſignum 42
Imperatorum imagin. 46
cudendæ jus cui? 46
ritus 47
Monachorum mos 78

N.

NUndinarum conſtituend. ſignum 19
Nundinæ quomodo obtinebantur 20
Nundinæ quæ 20
quotuplices 22

O.

OBſidionis ſignum 56
Ordalium 119
Origo Chirothec. 10

P.

PAcis ſymbolum Chirothec. 80
Pœna falſatorum monetæ. 49
Pellucidæ chirothecæ. 17
Pignoris loco chirotheca dextra. 19
Projicere chirothecam. 13
Pugilum chirothecæ. 7. 18
Purpureæ chirothecæ. 94

S.

SAmjotarum chirothecæ 8
Signum nundinarum 30

Siciliæ regnum chirotheca traditur 70
Sinarum mos ſalutandi. 79
Symbola contractus 62

T.

T*Eſſellatæ Chirothecæ* 116
Traditio chiaothecarum 20. 97
Truchſeſſ. famil. 77

V.

V*Enenatæ Chirothec.* 138
Virginum Chirothec. 7
Unguentorum uſus 110. 111
Unguentarii expulſi 113
Unguenta odioſa 114. 115
Urbium condendarum jus 31. 33
Utilitates Chirothec. 14. 15. 17
Uſus Chirothec. 7

W.

W*Anti* 101
Weichbild 38
Wehrding *quid?* 126

Erratum.

pag. 54. *poſt verba* ein Paar Hand-ſchuhe *addatur Bouchel &c. qui poſt aliquot lineas reperitur.*

F I N I S.

A01147563 1

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLI
VIR
L